OH. ANDREÆ FISCHERI,

Med. D. Prof. Publ. Extraord. in Academ. Hier. & Med. Provinc. Ducalis Iſenac.

CONSILIA MEDICA,

Quæ

n uſum Practicum & Forenſem pro Scopo Curandi & renunciandi adornata ſunt.

Acceſſit ejusdem Autoris

CONSILIARIUS METALLICUS.



GIESSENSIS BIBLIOTH.

Francofurti ad Mœnum,

Apud JOH. MAXIMIL. à SANDE.

Anno M D CC IV.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

Reverendiſſimo atque Illuſtriſſimo Domino,

DOMINO

PHILIPPO GUILIELMO,

S. R. I. Comiti ac Domino à Boineburg, S. Cæſareæ Majeſtatis Conſiliario Intimo atque Camerario, Eccleſiarum Metropolitanorum Moguntinæ ac Trevirenſis Canonico capitulari, Eminentiſſimi ac Celſiſſimi Principis Electoris Moguntini Conſiliario Intimo, atque Urbis Erfurtenſis ac totius Provinciæ

Pro-Principi

Domino ſuo per Clementi

&

Per-Illuſtri atque Excellentiſſimo Domino,

DOMINO

MATTHIÆ GÜNDACKER,

Libero Baroni de Herberſtein &c. &c. Potentiſſimi Regis Poloniæ & Sereniſſimi Electoris Saxoniæ Conſiliario Aulico,

Domino ſuo gratioſiſſimo

Heroum in Toga Pari comparabili

Humilimè ſe ſuaq; ſtudia obſequioſiſſima commendat

JOHANN ANDR. FISCHER.

Illuſtriſsime Comes

Per-Illuſtris Baro.

ACcendere pretioſos o
dores ſolebat Antiqui
tas Diis immortalibu
gratulatura: EtErudi
ſcripta ſua Illuſtri He
roum & Mecœnatum Nomin
conſecrata ad Aram gratitudin
ſuſpendunt, hoc monumento pu
blico teſtaturi, nullum officiu
referenda gratia magis neceſſar
um eſſe. Quemadmodum ver
r

referre gratiam pulchrum videtur, ſic quoque gratiam inire generoſæ mentis proprium ſemper habitum eſt; Ineſt quippe omnibus, qui ſupra vulgus ſapere ſatagunt, ardor quidam innoteſcendi ſummis Viris, quibus Doctrina Dignitasque Officiorum celebritatem Nominis comparavit, ut eorundem ſtudia ab his commendabiliora evadant, & ſimul quandam famæ acceſſionem fœnerentur. Atque hæc eſt altera librorum lucubrandorum ratio, quæ haud infelici conatu pictorum ſolertiam imitatur, qui artificioſa lucis & umbrarum temperatura colorem condire, & ſuis pigmentis inſignem exinde nitorem ac gratiam conciliare didicerunt. Pari deſiderio *Illuſtriſſime Comes* hic calamus devotus, mensque ma-

nusq; ad *Tuæ Excellentiæ* humillimam devenerationem nata flagrat, nempe gratia eſt referenda, gratia ineunda: Equidem magnū & ſupra vires ſupraq; conditionem meam aggredior, dum meas quisquilias conchyliatis periſtromatis adjungere, & Clementiam ex Illuſtri loco derivatam exiguo hoc & ex obſcuro prodeunte gratitudinis ſigno adæquare ſuſtinui; Sed quando recordor, quòd *Illuſtrißima Excellentia Tua*, non longè ab ingreſſu auſpicato in hanc urbem, me ignotum perclementer reſpexit, meamque fortunam *commendando* lautiorem reddere voluit, nova ſpe animus erigitur, fore, ut & hæc *conſilia* Clementi Oculo digna judicaverit: *Si quidem in magnis voluiſſe ſat eſt.* Quo quidem in nego-

negotio feliciſſime aſſecutus videris benigni Solis naturam, qui multorum merita & vota antevertit, illuminando, fovendo, *Heros Incomparabilis* ex Sole, ſub Sole, in Solē nate: *Te* enim *Pro-Principe* Territorium Erfurtenſe, Urbs noſtra, cumprimis Academia Antiquum ſplendorem certiſſime ſibi ſpondent, & exoptatiſſima Halcyonia præſtolantur. Qua vero fiducia *Per-Illuſtris Baro Tuam Excellentiam compello?* ſane niſi admiranda gratia, quam ſubditi æque ac Clientes deprædicant, & grande deſiderium tanto Viro innoteſcendi veniam audaciæ concederet, de excuſatione omnino deſperandum eſt: Sed ſpero meliora. Ab eo enim tempore quo fatorum clementia mihi intimiorem acceſſum ad *Per-Illuſtrem*

Familiam Herberſteinianam paravit, intellexi, hanc *celebratiſſimam gentem* nil niſi *Gratias* alere, atque humanitatem quaſi hæreditario jure poſſidere: Igitur ulterius diſſimulare votum integrum mihi non fuit, quin potius obſervantiſſime efflagito, ut *gratioſiſſima Excellentia Tua* me quoque eorum numero intereſſe dignetur, quorum ſtudia gratioſo applauſu *Tibi* hactenus probata viſa ſunt; Sic enim impenſius mihi gratulabor, ſi *Te*, quem Saxonia ſuum Ariſtidem, Orbis literatus ſuas delicias nominat, Ego Per-Illuſtrem Mecœnatem ſubmiſſo cultu devenerari valeam.

Servet *Te Deus Illuſtriſſ* *Comes* Terrarum Moguntinarum

rum Atlas: Servet *Te Deus Per-Illuſtris Baro* afflictæ Saxoniæ Oraculum: Servet Vos usque ad Neſtoreos annos & felicitatem tantis Nominibus dignam Clementiſſime adſpiret. Suſcipiatis quæſo Clementi Vultu & gratioſa Dextra hos qualescunque conatus, atque *Conſilia Medica* Veſtro conſilio & auxilio adjuvate. Dabam Erfurti, die 17. Decembris, Anno 1703.

(o)

PRÆMONENDA.

COnſilio hoc univerſum initio creabatur: idem conſilio hodienum viget: usq́ adeo conſilia ubique placent! Atque hinc Animæ, Politiæ, & Naturæ peculiares conſulentes deſtinantur, quos Conſiliarios Conſcientiæ, Felicitatis Publicæ, & Corporis merito dixeris, quorum cura eò invigilat, ut omnium integritati efficaciſsime conſulatur. Et quidem Medicus eſt talis Miniſter in regno naturæ, cui Claves ad Palatium ſanitatis concreditæ ſunt, fidus

dus ille afflictorum Achates, qui Sapientia, Prudentia, & Experientia ornatus proſpiciat, nequid committatur, quod εὐταξίαν corporis corrumpere aut quovis modo turbare poſſit. Hoc vero nemini conceſſum eſt, niſi qui Doctrina judicio & multo rerum uſu abunde inſtructus conſilia ſaluberrima quaſi in numerato habet, quippe occaſio præceps & judicium difficile apparatum auxilii paratum, ſed tamen ratione conditum expoſcunt. Quod utinam diligentius penſitarent illi qui rapaces manus noſtræ Medicinæ inferunt, Balneatores, Barbitonſores, Empirici, Pharmacopœi, ſimilesque ementito honorum Academicorũ Titulo ſuperbientes (ubi

(ubi tamen illos qui legitimè ſtudio Medico operam navarunt, excluſos volo) ejusmodi enim Harpyiæ ſæpenumero Medicis eripere ſolent, quod potiori jure his debebatur. Qua conſcientia ab ejusmodi hominibus Praxis exerceatur, teſtantur judicia de inſpectione cadaverum depoſita, ubi contradictiones tacitæ l. expreſſæ, & defectus accuratioris enumerationis partium Vulneratarum utramque ferme paginam adimplent. Atque hanc ob cauſam Ego tandem paſſus ſum ut hæc Conſilia Medica in gratiam Poliatrorum & Practicorum juniorum in Publicum prodirent; ſecundum quæ, tanquam ad exemplar, in foro Medico & Cri-

minal

minali progredi poſſent; ideoque omnia fideliſsime communicare volui, ut appareat, methodum medendi obſervantem haud adeo arcanis & ſpecificis tantum non ex orco tractis indigere.

Tandem hæc conſilia Linguâ Eruditorum & Stylo genio ſeculi noſtri accommodato exarare placuit, ſiquidem illorum operam perditam ſemper judicavi, qui ætatem in libris Practicis aut vertendis aut germanicè componendis conſumunt. Utinam hinc ſapere diſcerent quos nulla Styli cura tangit, qui non dicam latinè, ſed nequidem in linguâ vernaculâ ſine animadverſione Priſciani proferre aliquid valent, unde in Criminalibus cumprimis

ſæpe-

ſæpenumero conſcientiæ vis infertur, quando propter referentis Medici obſcuritatem vulnera lethalia non talia, & non lethalia, lethalia habentur: Væ autem illi qui juſtificat impium & condemnat juſtum! uterque abominatio coràm Deo. L. B. de cætero Valeat, & hiſce exoptatiſſimè fruatur.

I. N. J.

CONSILIUM I.

De

CACOCHYMIA BILIOSA.

VIr juvenis D. 27. annorum temperamenti cholerico-phlegmatici, conſtitutione corporis vegeta, capillis croceis, [a]d iras & venerem proclivis, cœtera Jo[vi]alis, conqueritur de acerbiſſimo capi[tis] dolore ab anno 22. notabiliter gravan[te], lancinante, & cum oculorum ſpasmis, [pr]æcordiorum anguſtiis, atque narium [ob]ſtructionibus, ut plurimum jejuno ſto[m]acho, circa horas decubitus & novilu[ni]a, extra tamen ſtatas periodos paroxys[m]orum metas decurrente:

Quibus interdum accedant aurium tinnitus, glandularum lachrymalium intumeſcentia & quod palmarium, dolor ſiniſtri hypochondrii inexplicabilis inopinatò infeſtat, quem diverſarum corporis partium ſpaſmi, lypothymiæ & linguæ paralyſes inſequuntur. Aëre ſereno melius degit, quàm pluvioſo, ſub defatigationibus atque inordinato diætæ regimine cuncta tranquilliora putat.

Corporis excrementa jam ſeroſo acria, jam tenacia, ſicca-crocea, imprimis ingruente paroxyſmo urina flammea & lixivioſa corona ſpumante & rutilante cincta exiſtunt, extra paroxyſmum Enæorema vagum ſiniſtram verſus inclinans motu tremulo ſemper agitatur: Ob Spartæ dignitatem aſſiduas moleſtias ambit, ſpiritum magna molientem concatenatis laboribus exacuturus: Alvus quotidie ſic ſatis reſpondet: Appetitus ferver:

Petit Conſilium.

RE

RESPONSUM.

EST ſua morbis peculiaris & connata indoles, quâ inter ſe differunt, & à ſe invicem diſcernuntur; Ea verò dubia ſæpius Medentium Judicio imponit, quoniam dantur unius morbi plures cauſæ, & variorum morborum conſpirantia Symptomata cauſarum & ſpecierum differentias non raro diſſimulant; Atque hinc tantus Medicorum circa idem objectum diſſenſus, tanta contradicentium diſſidia, putantium, quicquid à captu vulgi divortium facit, novitatem ſapere, quaſi veritas alatur erroribus, aut Orbis eruditi Monarchia penes ejusmodi Artis puſiones conſiſtat. Ita vero morborum Anatomia ſuſcipienda, ut ex ſolâ cauſâ immediata & effectu huic adæquato eruatur Morbi Species, id quod in Caſu propoſito, velificante Deo, præſtaturi ſumus. Ut igitur deſideratam morbi ſpeciem acu tangamus, altius rimari juvabit. Cacochymiæ bilioſæ principia & affligendi modi ex his primario ſcaturientes, qui ex Hiſtoria Morbi deſumpti, ab iis malum Hypochondriacum forſan mentientibus, quanta fieri poteſt diligentia diſtinguendi ſunt: Etenim multa in præſentia mali Erudito-

ditorum ſuadent, abſit verò perſuadeant, ac ſi omnis ſyncopeizans neceſſariò ſuffocatione Hypochondriaca laboret, & precordiorum anguſtiæ indifferenter ab inſonte liene deriventur.

Sufficit, neminem Hypochondriacorum habitu corporis vegeto, robuſto & benè ſaginato gaudere, neminem experiri alternantes Paroxyſmorum inſultus, obire munia alacriter, laboribus non frangi, inter medios dolorum ſtimulos ſaltare, cantare, naturæ emunctoria facile obedientia habere, atqui de his Dominus Ægrotans conſtanter huc usque gloriatur.

Non igitur acidi auſteri, non lienis obſtructi, non mali denique hypochondriaci ſoboles delineatus Affectus pronunciandus: Potiori vero jure Cacochymiæ Bilioſæ enumerata ſymptomata adſcribimus, quæ ſucci alibilis per inteſtinorum tenui in ſinuoſos flexus ab impuritatibus craſſioribus mediante bile, & ſucco pancreatico ſeparati in ſubſtantiâ & qualitate vitium eſt, ab acido ſucci pancreatici & acrimonia bilis volatili dependens. Pars quippe alimentorum corpori noſtro aſſimilanda è ventriculô ad illi confinia propulſa Chymus vocari conſuevit, virtuti-

bu

ius machinam corpoream ſartam tectam onſervandi apprimè celebris, dum per landulas inteſtinorum miliares ad vaſa actea vibratus, per ductum Thoracicum d venam jugularem ſiniſtram protruſus n Palatiô vitalitatis auguſto animatur & nediante continuo arteriarum colliden-um tractu omnem Corporis ambitum nirificè quaqua verſum lætificat.

Quanta igitur hujus Chymi vis ſit, quan-ve in œconomia animali momenti hic uccus deprehendatur, enumerata diſſe-unt; Ut verò deſtinatos vegetandi apices eliciter emetiatur, ſubſtantia & qualita-bus ſecundum naturam ſe habentibus olleat, neceſſe eſt: Sin horrendis cru-iatibus miſerandum corpus enervabitur. Quod communicata Domini Patruelis mptomata aſſeverant, quorum Palmari-m eſt *Cephalalgia circa veſperam & matu-num tempus continuo ſed vagabunde affli-ens, cui ſemper oculorum tumores, cum Spaſ-is, narium obſtructiones & Aurium tinni-us accedunt*; Quæ unicè Cacochymiæ bil-oſæ imputanda; Siquidem Chymi pi-uitoſi portio per Arteriæ magnæ trun-um aſcendentium ramulis minutiſſimis m arterioſis, quam venoſis per ſubſtan-

tiam membranarum cerebri copioſiſſimè diſſeminatis infuſa, ad motum ſegnior, ſubſiſtens, à continuò allabente ſanguine ultra capacitatem ſpatii aucta, tenuiſſimos ſucculos diſtendit, ex qua tunicarum diſtenſione vaſorum propera Sanguinis Stagnatio atque ſic PONDERIS GRAVANTIS ſenſus vel Dolor obtuſus oriuntur. Pars verò Chymi ſeroſa in Cerebri ventriculis collecta, alia per vaſa lymphatica venis denuo infundenda, alia per Capitis Emunctoria exantlanda, dum circa Canaliculorum oſcula & valvulas remoratur, in glandulis, Narium, Faucium & Oculorum Ciliaribus atque Lachrymalibus glutinis ad inſtar hæret, deſignatam *gravedinem* valdopere juvat, OCULORUM INTUMESCENTIAM, NARIUM obſtructiones & Laborioſas Tenacioris SPUTI EJECTIONES cauſatur. Cum autem hanc materiæ Pituitoſo-Seroſæ exanthlationem vaſorum Criſpatura & Fibrillarum niſus fortiſſimus concomitentur, non poteſt in ductibus talis excitari motus pulſivus, qualis obſervatur in Mechanicis, quando videlicet aqua elevata, à Canalium altero tranſiens in proximum delabitur, quod Dominus Patruе

li

lis ita explicat: **Es iſt als wann etwas im Kopff überfiel / oder / übergehoben würde.** Serum hoc particulis ſalino-acribus à bilis depravatæ concurſu ſcatens, ſtagnando acrius redditur & ad putredinem accelerat, quod per proceſſus mammillares ad narium fibrillas & glandulas defluens rodit, ſtimulat, & igneos aculeos æmulatur, atque colore livido ex flavo vireſcente, ut ferè aqua in ſtagnis putrefacta, excrementa tingit;

Atque hinc illæ LACHRYMÆ, illæ OCULORUM CONVULSIONES & lancinantes ſyncipitis dolores, quibus ad rabiem usque exagitatur D. D. Quia ſcilicet per proceſſus mammillares decurrens uterque nervus opticus, vaſa oculorum Lymphatica, & membranæ Cerebri ab acrimonia lymphæ volatili convelluntur, & ipſe ſuccus nerveus tali vitio inquinatus totum Syſtema nervoſum, nervos præcipue oculum motorios miſerando ſpectaculo ad compatiendum rapit. Hâc turbata rerum facie, hoc intempeſto ſanguinis flumine, ex ſalium collidentium æſtu, non poſſunt tranquillè ſua munia exequi Spiritus animales, quin potius tumultuariò ad ſuum Caſtrum Ce-

re-

rebrum puto, retracti, deteſtandam Tra
gœdiam ibidem ruminantur, paveſcunt
hinc VERTIGINES, TREMORES
Impotentia motus, & apoplexiæ prodromi
ANIMI DELIQUIA inſultant. Duran
te hoc fermentativô motu magna PARS
Sanguinis & Lymphæ, in Spumas & Fla
tus reſoluta, tam per nervos Auditorios
quam tenuiſſima arteriolarum filament
in auditus labyrinthum exploſa ad motu
tremulos Tympanum impellit, qua fit
ut Aër incarceratus variè varieque reſul
tans, in anguſtum tubarum proceſſum in
truſus ejusmodi ſonos edat, qui per du
ctus nerveos ad ſenſorium commune un
dulantes, tinnitus appellatione tander
deſignantur. Quod verò nec idem tem
pus nec eundem modum prædicta Sym
ptomata obſervent, imò ſubinde penitu
evanuiſſe videantur, vigori ætatis, bonita
diætæ, aëris Temperaturæ & Materiæ m
nus luxurianti acceptum ferendum: S
quidem natura injuriarum pertæſa ſuas al
quando recordatur vires ſuumque juven
le robur tentat, atque omnes movet la
certos quò liberam olim à morboſo in
ſultu vitam degere valeat. Præcipuè ſi ſo
licito victus moderamine & laudabili a

r

ris proportionati conſtitutione morboſum virus diminutum & ſalia acria infracta ad diverſa corporis Spiracula ruere ſentit: Sic demum morbus inducias cum naturâ aliquandiu paciſcitur, & pro materiæ denuo accreſcentis validitate vagas Paroxyſmorum exacerbationes intentat. Par ratio circa *moleſtias matutinas & veſpertinas*, de quibus aſſiduè conqueritur D. D. obtinet, quippe circa veſpertinum tempus aër circumfluus variis de die effluviis receptis gravior corpori incumbens, tranſpirationem, intra verò hauſtus maſſæ ſanguineæ circulationem, ventilationem & fuliginum evaporationem inhibet; Perinde ac manè ſanguinis de nocte purificati ſordes exitum molientes in corporis parte debiliore capite ſcilicet cumulatiores graviùs affligere ſentiuntur:

Quid quod circa hæc tempora bilis & Pancreaticus ſuccus acris uterque ob defectum objecti otiantes ſe invicem adoriantur, efferveſcant & mille flatibus regiam intellectus obnubilent, quibus nervorum & venarum tubulos diſtendentibus prædicta Symptomata pariter adſcribi poterunt. Quod denique in continuâ laborum ſerie

ſolamen, in otio ex adverſo omnia gravi-
ora experiatur D. D. Maſſæ ſanguineæ
debitè circulantis commoda patefacit
quæ nimirum currendo, equitando, va-
lide pertubulos circumgyrata, clauſtra
pituitoſa perrumpit, materiam feculen-
tam abluit & impunè per vaſorum angu-
ſtias circumagitat, feriante verò corpore
feces ſubſidentes priſtina occupant loca
atque in hoc paſſu maſſæ ſanguineæ idem
quod Cereviſiæ in dolio funditus baculo
commotæ accidit, quæ, turbida unâ cum
fecibus per ſpatium datum emanat, remit-
tente vero agitatione feces ad fundum de-
ponit.

Reliqua Symptomata, inter quæ inex-
plicabiles *præcordiorum anguſtiæ* eminent
à vaporibus ex Sanguine Pituitoſo inter
circulandum elevatis, ventriculum, Dia-
phragma & muſculos inter coſtales in-
flantibus deduco, qui debitam aëris ad
reſpirationis opus reciprocationem ſuffla-
minant, nervos penis vagi ad moleſta
convulſiones ſtimulant, unde præcordia
coarctantur, & cordis thalami conſtrin-
guntur, ſic ſpiritibus vitalibus tantum non
ſuffocatis ad robur membrorum natural.
conſervandum impotentibus, *Syncope Car-
diaca*

iaca corpus inopinatò ſimul proſternitur. Perluſtratâ Signorũ æthiologia, ipſas mori cauſas evolvere reſtat, quæ videlicet ſit antorum malorum origo, quævè agendi enuina ratio: Cum igitur ex enumeras pateat effectum delineatum ad cenſum norborum intemperiei pertinere, in fluiis corporis partibus cauſa immediata prinariò quærenda erit, quam Chymi in Subtantiâ & qualitate vitium ſtatuimus, eô uòd ſpiritus animales ſuccusque nerveus on niſi à portione Chymi volatiori reciuntur & reſarciuntur, ipſa quoque ympha ſpirituoſa immediate ſenſorioum fibrillas lambens neceſſariò exquiſiſſimi ſenſus tubulos ad motus conculſios vellicat, quos idiopathicè non Symathice affligere, ſpaſmi nervorum arteiarum convulſionem præcedentes, & ſæiſſimè ſine his periodum paroxyſmorum bſolventes, indicant; quid quod non anguis quâ talis, ſed quâ particulis biliſis, pituitoſis, & quæ ſunt innumera alia, nquinatus, præter naturales turbas in corore excitet, quibus inſuper accedit biem & ſuccum pancreaticum ſemel à Sanuine ſeparata Chylo tantum ſuas commuicare qualitates, hoc demum internunio per totum corpus defundendas. Jam verò

verò hæc Chymi depravata Conſtitutio utrique acrimoniæ bilis & ſucci pancreatici unicè debetur, quatenus videlicet his acidis, illa ſalino-acribus particulis turgeſcentes, poſt concurſum in inteſtino duadeno æruginoſam bilem conſtituunt, quæ ob aculeos ſalinos alimentorum poros penitius ſubintrat, eosdem invertit, & humidum laudabile depaſcens ipſam Chyli ſubſtantiam ſpiſſiorem atque acriorem reddit, ſicut in forô Chymico lixiora ſalina per Vulcani aculeos inſpiſſantur, & vegetabilium extracta liquidiora exhalant. Itaque hæc bilis æruginoſa ex binis acribus conflata, ratione originis & effectus ab ærugine acris nomen mutuata eſt, ſicut enim ærugo acidum aëris, particulas metallicas ſalinas ſolvens manifeſtat, quæ veluti concepto fermento ſubſtantiam æris corradens, humidum conglutinans expellit, & particulas metalli nexu primordiali orbatas, friabiles efficit, quo facilius tandem ipſa compages deſtruatur: Ita & à bile hac ex oleoſo corrupto & acido acri commixta, particulæ Chyloſæ aliæ denteſcentes, aliæ grumeſcentes natæ, ſanguinem conſiſtentia debita defraudant, variisque corruptionum modis occaſionem ſuggerunt, quæ alias legitimè cohærentes feli-

cius

ius per vaſorum lymphaticorum & ſan-
uiferorum gyros circularentur; Idem
erme obſervatur in vino corruptioni pro-
imo (wenn er ſchwer wird/) dum ole-
m vini ab inſito acido acri, aëre impri-
nis incuriè admiſſo, ab aqueis & ſpiritu-
ſis particulis ſeparatur; daher läſt der
Wein ſich dehnen wie Schleim/ ut & in
leis diſtillatis officinarum, welche mit der
Zeit/ wenn ſie verfälſcht/ zehe werden/
ie Farben verändern/ & acrimoniam
auſeoſam exhalant. Non tamen Aci-
um quodvis oleoſum quodvis ſic trans-
utare, aptum eſt, ſed requiritur Oleo-
m viſcidius particulis volatilioribus deſti-
tum & Acidum acre Transparentiam
uidi turbans, ambo combinata ſibi invi-
em involvuntur & ſtagnant, niſi cum
crimonia ſalina per moram magis urgen-
, ductus ad propellandum exſtimulan-
ir, & ſic tandem particularum rodenti-
m & diſſecantium acies ſalibus fixis pe-
etrantiam largiens, volatilitatem æmu-
tur. Atque hunc Chyli Statum varia
mptomata ſuperius recenſita, arguunt
ſum Temperamentum, pilorum & ex-
ementorum color croceus & ſubſtan-
a jam craſſior, jam tenuis adurens co-
oſæ per cutem diffuſæ lentigines, ma-
nuum

nuum tremores, inſomnia de incendiis diſſidiis, contentionibus, præruptis Saxis alloquiis magnatum, ſomnos aliàs nec longos, ner profundos turbantia, nulla quietis cupido, acris ad ardua niſus, mens ignea ſpirans, atque varii & vagi diverſarum Corporis Regionum dolores exerto digito monſtrant.

Taceo refractarias penis erectiones alvi facilitatem, corpus ſucciplenum concinnam membrorum fabricam, & oculos & manus intuentium allicientem Quæ ſingula, prædominium bilioſum primæ cæteroquin digeſtionis integritatem denunciant, niſi forte, quod metuendum, ſub corpore ad aſpectum Habitiore, velut ſub herba, quod dicitur anguis deliteſcit. Hæc autem conſtitutio bilioſa facilè in æruginoſam degenerare & Cacochymiæ bilioſæ anſam ſubminiſtrare poterat, rerum non naturalium præter & ſecundum Naturam concurſu variè alterata, ſiquidem ipſa Temperies nativa à parentibus traducta primum ſubſecuturæ intemperiei jecit fundamentum, ſcilicet à Patrante bilis viſcidior iners, cujus indicia tumor Corporis Pituitoſus, & lethalis Hydrops poſt obitum jam ſatis in-

notuere

notuere ſuggerebatur: A parente, aci-
dum acre, cujus proditores rarior corpo-
ris textura, immanes adontalgiæ crucia-
tus & flatulentia uterina creberrimas de
nocte ut plurimum Suffocationis & ar-
tuum paralyſes intentans, in ipſo con-
ceptionis exordio derivabatur.

Qui infauſtus quidem fomes usque ad
ætatem juvenilem delituit, ubi naturam
viribus luxuriantem igneam, magis ob-
ſervamus, tùm demum, flamma conce-
pta manifeſtius, agere cœpit, adjuvante
ſexûs maſculi à Creatore ad ſuſtinendos
laborum acervos acriore Spiritû donati
vigore: Maximè verò omnium Diætæ
vitia intempeſtum hoc fermentum exſuſci-
tavere, exſuſcitatum mirum quantum
augmentavere, cum nempe in Gymnaſio
Grimmenſi ſolida & fluida corporis ali-
menta jam digeſtu difficiliora, jam fœten-
tia, acerba, auſtera, ſalibusve impuden-
ter adulterata inter aſſiduos Studiorum
circulos devorare cogebatur D. D. Idem
etiam laxatis poſteà habenis in Academiâ
Salanâ (ut fert quidem corruptus noſtro-
rum Temporum genius) obtorto licet
collo ad ſtrenue potandum, rixandum,
digladiandum, quod etiamnum valdoperè
abomi-

abominatur, à Commilitonibus tractus, noctes diesque egit inſomnes;

Injuſtè laceſſitus ex licito honoris ſtimulo perſæpe acriùs iræ incubuit, injurias ulturus; Pro ſua erga advenientes liberalitate, qua totus in eorum deſideria effundebatur, nullis ſumptibus parcens, Cereviſia Naumburgenſi, vino, Spiritu vini, Nicotiana, & quis ſingula enumerabit, abundè eosdem ſaturâvit, quæ ſimul uberius hauſta, ſupervenientibus quoque eruditis lucubrationibus, vehementioribus corporis exercitiis, Aëris, in Corpus nunc crapula demerſum, nunc laboribus ſudans, frigidioris incauto ambitu humores quosvis acriores reddidere, quibus ſi diutius forſan frequentatas arvi muliebris inundationes atque ideo ſeminis immoderata profluvia conjunges, abſolutiſſimam cauſarum morbificarum ſciagraphiam poſſidebis. *Morbos* tandem prædeceſſores, ſiquidem nihil omninò de his mihi conſtat, hîc prætereo, eo contentus, me cauſas immediatam & proximam, Affectus noſtri ita explicuiſſe, ut ingentem Cacochymiæ климиоſæ à malo Hypochondriaco diſcrepantiam quilibet vel mediocriter ſcientia medica tinctus palpare

are potuerit, quicquid alii quorum Judi-
ium Medicum claudicat, Experientia
ero adhûc imberbis erubeſcit, oggam-
iant, quoniam ejusmodi mancipia me-
lica quæ ultra præceptoris collegium pra-
ticum nec ſapiunt nec ſapere curant,
ommiſeratione potius quam refutatione
ndigere judico. Quibus de natura mor-
i ex Artis dictamine præfatis; modum
enique curandi ratione atque experien-
a comprobatum ſuperſtruo, qui ſecun-
um allegatas cauſas (1.) Abundantis fer-
nenti bilioſo - æruginoſi evacuationem,
2.) reliquiarum ejusdem correctionem,
.) Nervoſam Fibrillarum, & glandularum
orroborationem atque (4.) Maſſæ ſan-
uineæ à recrudeſcente materiæ morbi-
cæ affluxû præmunitionem indicat. Quo
tiam collimant medicamenta inferius
ræſcripta, & quidem adevacuandam par-
cularum præternaturalium molem Infu-
um laxans, in principiô delineatum con-
ert, quod ob Rabarbarum tanquam ſalino
ulphureum, Sal oleoſum bilis egregiè re-
ituit, ob particulas nitroſas ſeri lactis po-
entes, ſed citra virium decrementum
er alvum & vias urinarias ſalia Lixiva
liminat, ob ſalis tartari v. acceſſum tena-

B ces

ces pituitæ vitreæ globos reſolvit, & mediante foliorum Senæ ſtimulo extra confinia Regni Animalis proſcribit; Quæ quidem in formam infuſi redigere placuit, ut particulæ liquidi dotibus medicamentorum animati materiam glutinis inſtar primis viis impactam, diluere atque dilutam penitius ſubigere valeant. Reliqua infuſum ingredientia, quòd partim ſale anti-ſcorbuticò amaricante, velut Fumaria, Betonica, flores Bellidis, Radices Cichorii, Raſura L. Juniperi, Semen Cardui-benedicti, turgent, partim ſale volatili oleoſo, ſicut ſemen Aniſi, Cinamomum, nobilitantur, partim Sulphur ſuaveolens & particulas aqueas lubricantes, ut flores Violarum, Radices Taraxaci, poſſident; Incidendi, carminandi, confortandi & laxandi Facultatibus Medicamento Univerſalitatis fermè prærogativam largiuntur. Hæc autem aſſumantur ſub curationis initia, Tempore verno, quô eminentioribus viribus ſuperbit materia medica, Lactis præcipuè ſerum recens & Alvum & Urinas egregie ſollicitat atque ſerum Sanguinis reſtaurando Purgationis tædia, variasque in ſequentes laſſitudines, Anxietates, Anarexias & faucium Ariditates mirificè ſolatur. Poſteà verò per aliquot menſes

menſes novilunio appropinquante, hujus vices ſuppleant Laxantia ex tartareis, antiſcorbuticis & Mercurialibus v.g. Maſſa Pilularum Tartarearum, Rhabarbaro, Mercurio dulci vel in forma pilulari, vel, quod præſtat, Boli, ex Purgantibus reſinoſis, in Doſi acciſa v.g. Galappa, Diacrydios; ſub acidis, Tamarindorum ſcilicet; Salinis amaricantibus, & Nitroſis Vitriolaceis, e.g. Sale abſynthii, Arcano duplicato; Confortantibus Carminativis, Ambra videlicet cum Syrupo appropriato confecti: Ita materia Pituitoſa acris ſenſim, quod maximè notandum, evacuabitur, & turgeſcentia humorum ſub novilunio ſolennis feliciſſimè antevertetur. Materiâ Pituitoſâ ex parte cicuratâ, reliquias, Medicamentis diaphoreticis, & diureticis adorimur, his potentioribus, illis verò blandioribus, adjectis ſubaſtringentibus efferatas Maſſæ ſanguineæ ebullitiones cohibentibus, ne ſerum diluens & particulas ſpirituoſas plus juſtò conſumat urgentior diaphoreſis. Hunc faciunt Saccharum Saturni & Laudanum opiatum, quod ſimul cum Cinnabare nativa & Bezoardico minerali ſudores uberrime ciet, Bezoardicum Lunare autem præter vim diaphoreticam ſpecificè generi nervoſo ingens ſo-

lamen affert, præcipuè ſi finitô ſudore blandô, meatibus corporis undique hiſcentibus, ſuccurratur Medicamento ex ſulphure antimonii & ſpecificis nervinis oleoſis conſtante, v. g. Tinctura Antimonii Tartariſata, Caſtoreo & Succino. Quæ diaphoreſis tùm celebranda, quando ob Lunæ incrementum humores in corpore redundantes per viarum anguſtias obſtructiones parant: Sic ſanguis ventilabitur & ſæviſſimæ à reſtagnatione Cephalalgiæ ad miraculum miteſcent. Cùm verò prudentis Medici non ſit corpus omni ſpoliare humido, omnesve expellere ſpiritus, medendi ratio exigit, ut Sal acidum acre corrigatur medicamentis utramque Acrimoniam obtundentibus atque neceſſaria Corporis Emunctoria recluſa conſervantibus, in quorum cenſu palmarium obtinent martialia juxta indicationem Affectus noſtri cum Antimonio exaltata, Mercurialia, Saturnina, nitroſa, ſulphurea mineralia, & quoniam bilis integritas primariò hic reſarcienda, Rhabarbarina, quæ ſingulo mane ad fermenta noxia è ſanguine inquinatô de nocte ſeparata dulcificanda in uſum veniant. Ut etiam Sanguis intimius reconvaleſcat, bilisque citius

denuò

denuò Succum Chyloſum condire aſſueſcat medicamenta Aromatica, reſinoſa, ſuaveolentia, Salina Stomachica, v. g. Pulvis Stomachalis Quercetani, grana maſticis, Ambra, Elæo-Saccharum Cinamomi; poſt prandium, ad Chylum medicamentoſum efficiendum, deglutiantur, quibus ad flatus compeſcendos & pituitam prohibendam nitroſa vitriolacea velut Arcanum duplicatum utiliſſimè admiſceri poterunt. Et quoniam Myrrha, Crocus & Cinamomum propter ſal volatile oleoſum atque ſulphur ſuaveolens acidis mineraliũ volatilibus & ſulphureis narcoticis debite conjuncta, partium ſolidarum fibrillas, nervos, muſculos, potentioſiſſimè roborant, (oleoſis ſcil. partes ſolidas nutrientibus, humectantibus, & ad motus naturales & animales habiliores formantibus, acidis volatilibus motum conciliantibus atque tubulos in commenſurata dimenſione & naturali tono conſervantibus) circulanti præterea ſanguini egregiam operam navant; confortatio nervorum Fibrillarum & glandularum unice à medicamento ex Elixiriô redivivo Helmontii, Spiritu vitrioli Philoſophico & Tinctura anodyna compoſito petenda erit. Hoc par-

partium ſolidarum robore atque fluidarum agilitate perennante, naturam humanam ſanitatis immunitatibus exaltare & in ſtatu præſervationis verſari dicimus; ſi ſcilicet ſanguis, ſerum & lympha per ſuos canales blando murmure decurrentes vicinos tubulos illabuntur atque remotiſſimas corporis partes continuo motu alluunt, vaſa verò ſanguifera & imprimis lymphatica cum Glandulis appenſis mediante Fibrillarum tenſione & remiſſione flumen hac propellentia, nec laxa nec ſtricta nimis exiſtant, peregrinisvè ſtimulis faciliùs auſcultant, quod à medicamentis acidis volatilibus, ſalinis volatilibus, nervinis ſpecificis cum reſolventibus & glandulas pondere Pituitoſo paralyticas ſuaviter vellicantibus, expectandum: (Singularem operam præſtant eſſentia Roriſmarini volatilis, ſuccinum, ſpiritus formicarum, ſal volatile fœniculi, Radices betæ rubræ, caſtoreum, mercurius dulcis, & oleum vel aqua Majoranæ, quæ tum naribus attrahere, tum vertici, temporibus & oculis inſtillare convenit.) Diæta tandem in præſervationis negotio omne fert punctum, cui venæ ſectionem in brachio & cucurbitulas in Nucha optimo jure as-

re aſſociamus, quæ videlicet ſanguinem Pituitoſo-Seroſum ſtagnantem atque tubulos nerveos prementem cum notabili levamine minuunt, & ſpaſmis, cephalalgiæ, Linguæ & memborum paralyſi, valide medentur.

Quoniam verò hic morbus annorum & materiæ culpa pertinax medicamentis extremè reluctatur, patientia victrice opus eſt: Caveat D. D. tædio & diffidentia exaſperare morbum nec facilè farraginem & varietatem medicamentorum ſuadentibus aſſentiatur; Hæc inconſtantia ægrotantium peſtis: Ut enim diverſi odoris flores ingratum ſpirant, & imprudenti habenæ flexu inſtructiſſimus equus ſtupet atque greſſus ex arte promovere dediſcit; Sic natura diverſorum medicamentorum mole fatigata turbatur & à ſanitatis tramite enormius deflectit. Inſiſtendum potius ſemel præſcriptis, etſi etiam cuncta in pejus ruere interdum putes: Siquidem natura ſolers ſuavi ſequela præliantium mores imitatur, qui acerbiſſimè dimicantes victoriæ citius appropinquant, atque tùm maximè cum tuba minax viros undique vocat ad arma, laborum fines præſtolantur.

Itaque.

Ad acidum acre in maſſa ſanguinea corrigendum, & blandè per alvum viasque urinarias ſimul educendum, conducet infuſum, ex alterantibus ſpecificis cum laxantibus temperatis, mediante menſtruo appropriato cambinatum

v. g. ℞. *Fol. Fumar.*

Betonic. ana. Mj.

S. S. S. ʒo.

Fl. bellid.

Violar. recent. ana Mß.

Rad. Cichor.

Taraxaci.

Rhabarb. Or. ana. ℥ß.

Raſ. Lign. Junip. ʒjß.

Sem. aniſ.

C. B. ana ʒj.

Cinam. el. ℈ij.

♀r. albiſs. ℥ß.

Inciſ. & contuſ. in fund. noct. per Seri Lactis Capril. adhuc calentis ℔. iij. Colat. fortito expreſſa mane D. S.

5. Morgen nacheinder / jedesmahl ½. Nößel zu nehmen.

Ad nauſeam, ſi fortè accidat, tollendam, ſingulis diebus Syrup. fl. *acac.* l. de Rub. id. ʒß. commiſceri poterit. Poſt aſſum-

aſſumtum a. pharmacum ut blandè corpus moveatur, ſedulo proſpiciendum. Si verò primo die non laxetur alvus, altero Cremor. ♀r. ℥j. in conſueta doſi infuſionis ſolvatur: Ventriculo interim ex copia liquoris aſſumti languenti ſuccurratur acidiusculis aromaticis, ⊕is & gummeis nervinis, in forma Electuarii

℞. Conſerv. Roſar. Vitriolat.
Menth. criſp. ana. ℥j.
Conf. alkerm. inc. ℈ij.
Gran. Maſt. pulv. gr. Xiij.
Ebor. uſt. gr. xv.
Syr. e. tot. Citr. ℥ß.
℅ Citr. ex Cort. recent. expreſs. gt. Vij.
M. F. c. ſ. q. ▽. Roſ. fragr. Electuar. fluid.
D. S.

1. Stund vor der Mahlzeit 2. ſtarcke Meſſerſpitzen.

Ad reliquias ⊖lino acidas in maſſa ſanguinea infringendas & per vias conſuetas, ſi quæ ad ſtatum naturalem redire recuſent, eliminandas, conducent medicamenta per glandulas cutaneas & vaſa urinam excernentia, diaphoretica & diuretica, & quæ abſorbendi magis quam reſolvendi virtute prædita, imo quod maximi

momenti canaliculos nervoſos, ductus lymphaticos, hisque appenſas glandulas ab humorum irrumpentium impetu laceratas, expanſas, reſolutus, ad actiones tam vitales, quam animales ritè obeundas torpidiores confortantia, & blande adſtringentia, priſtino ſtatui reſtituentia, atque ſic novo affluxui fores præcludentia, quæ ſingulo novilunio veſperâ immediatè primum incrementum Lunæ antecedente aſſumi poterunt, in forma pulveris ſc.

℞. ♁ nativ.
Bezoard. min. ana. ℈ß.
☽ ar. gr. Vij.
Sacch. ♄n. gr. V.
Laud. gr. gr. j.
M. F. pulv. D. S.

Glock 9. auff einmahl / worauff gelinde zu ſchwitzen.

Finitô poſt duas horas ſudore, benè abſtergatur corpus, Linteamina nova calefiant, & ſequens medicamentum confortans anticatarrhale exhibeatur.

℞. R. ☿. ♀ riſat.
Caſtor.
Eſs. Succin. ana. ℈ß.
M. D. S.

Nach dem Schweiß mit einem Gläßlein Wein auff einmahl.

Ac

Ad præmuniendam maſſam ſangv. poſteà ab ulteriori impuritatum inquinamento in uſum veniant medicamenta corporis univerſi organa excretoria inſenſibiliter aperta ſervantia, ut & fermenta peregrina in primis digeſtionum viis oberrantia validè coërcentia, qualis eſt ſequens pulvis omni tempore matutino loco trageæ porrigendus.

℞. ♁. diaph. ♂t. ℥j.
♁. ℈j.
⊕tr. dulcif. ℥ß.
Extr. Rhab.
Sacch. ♄n. ana. ℈j.
Eleoſ. Citr. ex pom. recent. confect. ad pond. omnium.
M. F. pulv. D. S.
Morgens jedesmahl 1. Meſſerſpitze.

Poſt prandium v. digeſtioni ſuccurratur pulvere tali quo Chylus medicamentoſus partes corporis alluens, easdem ab horrore medicamentorum & illabente furore morboſo ſenſim præſtet immunes.

℞. ♁. Stomach. zv. ℥ij.
Arcan. dupl. ana. ℥ß.
Gran. maſtic. pſ. ℈j.
Ambr. gryſ. gr. iij.
Eleoſach. Cinam. q. ſ. ad grat.
M. F. Puto. D. S. Nach der Mittags-Mahlzeit ein Meſſerſpitze.

Sedulo tamen curandum ne potu diſper-gatur vis medica, ſed per ſpatium duarum horarum medicamento concedantur in-duciæ.

Veſperi ſufficiunt aliquot grana Maſtic. deglutita v. g. 5. & tempore decubitus ſeqv. mixtura familiaris ſit

℞. Elix. Rediv. H. ℥ij.
 ♒. ⊖l. philoſoph. usque ad pun-ctum ſaturat.
 R. anod. Longl. ℈j.
M. D. S. 30. Tropffen mit Borragen-Zimmet-Waſſer.

Luna decreſcente & quidem ultimis die-bus blandum laxans interponatur, quo ma-teria infracta, præcipitata atque ſic ad ex-cretionem matura ſuaviter eliminetur, ſit v. ex ♀reis, ⊕troſis, lenientibus, utram-que acrimoniam dulcificantibus, & ſimul viſcera recreantibus compoſitum, l. in forma pilulari, v. g. MP. ♀r. Querc. c. ☿. dulc. gr. Xiij. l. in forma boli hora una antè cænam modicam ſumendi, quo mi-rè ſatisfiet deſiderio Dn. Patientis, v. g.

℞. Pulv. Tamar. Indor. ℥ij.
 ♁ rad. Jalap. gr. xiij.
 Arcan. dupl. ℈ß.

⊖l.

🜔l. abſynth. gr. j.
Diagryd. 🜍r. gr. iij.
Ambr. gryſ. gr. j.
Syrup. d. Manna. q. ſ.
M. F. Bolus D. S.

Mit einem Glaß Wein zu nehmen.

Quo verò ſuperioris ventriculi orificii ſpaſmi, fibrillarum intercoſtalium dolores convulſivi, hosq; inſequentes lypothymiæ ex inſperatò affligentes leniantur, ſummè proficuum erit ſemper ſecum geſtare mixturam ſequentem.

℞. 🜔l. vol. ☍ ſ. ſylv.
🜅. 🜖tr. dulc. ana. ℥j.
R. ☉. ℈ß.
M. D. S.

Jm Fall der Noth 25. Tropffen mit einem wenig Wein.

Ad pituitam viſcidam in glandulis pituitariis & circa os ſcribri formæ ſtagnantem, ut & ſeri affluentis acrimonium ſalſam ſenſim evacuandam, infringendam, & prædictas glandulas cum ductibus cerebri lymphaticis roborandas, conducet medicamentum citra notabilem commotionem reſolvens, reſolvendo adſtringens, & cerebrum ab uberiori humoris pituito-

ſo-

ſo-ſeroſi irruptione præmuniens, ſpiritus
ſimul animales horumque canales, nervos
confortans, ex ſpecificis anticatarrhalibus,
nervinis, cephalicis, verbo ⊖ lino oleoſis
coagmentatum. v. g.

℞. Rad. bet. rubr. ℥ß.
Caſtor. pulveriſ. gr. XV.
☿. dulc. ℈j.
℅. Major. ℞. gut. Vij.

M. F. pulv. D. S. an ſtatt deß gewöhnl. Schnuptabacks bißweilen/ ſonderlich Abends bey Schlaffzeit ein wenig davon zu nehmen.

Poterit etiam interdum loco hujus pulveris ſola aqua Maj. ſpirituoſ. naribus applicari, ſumendo ſc. hujus portionem intra volam manus, manibusque poſtea attrahendo, hac tamen cautela, ut prius cavitas oris aqua pura repleatur, ne ſtatim ad fauces delabatur liquor attractus, quo medicamento inſigni liberatus à gravedine cum ingenti cephalalgia affligente, dux Suecorum, Comes Bannier/ à Beat. Rollfinckio, ampliſſimo Soſtro idem celebrius reddidit.

Omnis denique intendatur nervus, quo materia vias usque huc conſuetas ſenſim ſenſimque dediſcat, & à ſede tam angu-

ſta

ta arceatur, divertat & per remotiores corporis meatus expellatur, in quem finem collimant medicamenta externè naribus, oculis, temporibus & vertici dicata, ex ſpecificis nervinis diſcutientibus, particulas ſtagnantes in vaſculis venoſi & lymphatici generis capillaribus ad motum regularem adigentibus, nervorum & fibrillarum tonum reſtaurantibus, acidis volatilibus & ⊖lino 🜍reis confecta. v. g.

℞. Eſſent. Ror. mar. volat.
Succ. ana. ℥ß.
Spirit. Formic. ℥iß.
⊖l. volat. fœnic. g. V.
M. D. in vitro benè obturato, S.
Oefſters/ ſonderlich Abends und Morgends die Augenlieder/ Schläffe/ und Naſe zu beſtreichen/ und das Genicke damit zu befeuchten.

Et quia vivis prædicta medicamenta, pauciora m. aliunde ſufficiant, ne tamen in æquipollentibus ſterilis videatur apparatus Medicus, ad nauſeam & impenſas præcipuè fallendas ſequentia convenientiſſimè ſubſtituere poterit. D. D.

℞. Elix.

℞. Elix. propr. Rhab. ſ. acido. ℥ij.
Eſs. G. Amon. ʒj.
⊖l. vol. ☍ ſ. Sylv. ʒß.
⩪. aperitiv. Penot. ad punct. ſaturat. q. ſ.

M. D. S. Morgens 35. Tropffen mit Borragen-Zimmet-Waſſer.

℞. Chalyb. ♀rat. ℥ß.
irroretur ⩪. ⊖l. philoſoph. ℈ß.
infund. c.
Vin. Hiſpanic. generoſ. ℔. j.
D. S.

Nach der Mahlzeit 1. biß 2. Löffel voll darvon zu nehmen.

Vel.

℞. Elix. prop. Rhabarb.
R. ♂t. Citrat. ana. ʒj.
⩪. ⊖l. dulc. q. ſ. ad grat. acid.

M. D. S. ut anteced. 20. Tropffen mit Wein/ oder Zimmet-Waſſer.

℞. ⊖tr. dulcif. ʒij.
Sperm. Cet. ʒß.
Croc. Or. ℈j.

M. D. S. Bey Schlaffzeit ein ſtarcke Meſſerſpitze mit warmer Brühe.

℞. Spec.

℞. Spec. pro Morſul. Imperat. ʒ ij.
diambr. ʒ j.
Sem. aniſ. ʒ ij.
Cardamom. ʒ j.
Croc. Or. ʒß.
Cond. Cort. Citr.
☉. ana. ℥ß.
Inciſ. M. c. ſ. q. Sach. finiſs. ad
conſiſt. tabuland. c. ▽. Roſar.
cort. F. Morſul. D. S.

Magen-Morſellen nach Belieben zu nehmen.

Permanentibus tandem capitis dolori-
us, maximè proficuum erit in ſutura co-
onali fonticulam excitare, qui ſecundum
bſervat. Nat. curioſor. ſæviſſimam cepha-
lgiam omne medicamentorum ſolamen
ludentem, optimo ſucceſſu curavit. Ut
andem D. D. reſciſcat quid flagitet na-
ura, quid ferre recuſet, hac norma Me-
ica utatur: (1.) Ventriculus alimentis ut-
unq; laudabilibus nequaquam obruend⁹;
Quoniam fermentum ex plicis ventriculi
illans aſſumtorum molem ſufficienter ir-
gare nequit, hinc potior pars corrum-
itur & pituiteſcit; ſicut condita liquore
lino deficiente in vaſis ſuperius ſita obdu-
untur. (2.) Alimenta nec cruda ſed

dentibus prius probe ſubacta deglutiantur, ne aculeos fermenti eludant & in digeſta perPylorum elabantur. (3.) Alimenta acria, nimis ſalita, acida, auſtera, viſcida, flatulenta, atque craſſioris & tenacioris ſubſtantiæ ſunt fugienda, quib⁹ annumerantur inter eſculenta, Piper, Sinapi, Raphanus, Cepa, Allium, Piſces ſaliti, exſiccati, & recentes ex lacubus, ſtagnis atque marinis aquis tracti fructus horarii, acetum acerrimum, ova, legumina, Braſsicas conditaneas, carnes Animalium vel annis & laboribus emaciatorum, vel nondum ſatis à ſqualoribus nativis mundatorum, diutius infumatæ, adipoſæ, tendinoſæ; Quia ſanguis imbuit qualitates Chyli, & ſanguinis conditionem fermentum ventriculi repræſentat, juxta medicorum Axioma, qualis Chylus talis ſanguis, qualis ſanguis tale fermentum. Inter potulenta ad cenſum Superiorum pertinent, Cereviſia recentior, fecibus ſqualens, acida, vinum auſterum, effœtum, ſpiritus vini ſimplex acrior & aromatiſatus jejuno imprimis ſtomacho vel poſt victum tenuiorem hauſtus, qui jam viſcera adurit, jam alimenta tenerioris ſubſtantiæ magis indurat, in quibus pituitoſæ cruditatis ſeminarium

narium unicè nidulatur. (4.) Cum vero non ſemper detur eligendi copia, in qualitate, quam in quantitate peccare præſtat. (5.) Ab aëris æſtu, & intemperie cœli pluvioſa corpus præmuniatur, ſiquidem ille acredinem ſanguinis, hæc humorum turbationem & pituitam auget; quod etiam de motu vehementiore, irâ, vigiliis & exercitio veneris immoderato intelligendun. (6.) Sternutatoriorum abuſus ſeverè caſtrandus, ne glandulas evacuatas hiſcentes materia pituitoſa affatim denuo inuntare pergat, aſſueſcat potius D. D. ſibi moderari (1.) ab omni ingluvie, atque (2.) ſolida corporis alimenta dentibus optime comminuta potulentis ſubinde humectare eligat (3.) carnes Bubulas ſucci plenas, vitulinas, agninas provectioris ætatis, atque volatilium & ferarum nec paſcuorum egeſtate nec venereo oëſtro tabeſcentium, aſſatas vel nondum diuturniore coctione ſucco laudabili orbatas, & ideo inſipidas, ut ignea fermenti vis habeat, in quo aculeos figat, & corporis vires nutrimento ſolido ſuffultæ æternitatem quadantenus moliantur. Et cum carnibus tantum veſci moribus atque ſanitati repugnet, panis ſecalinus parcè

fermentatus, bis coctus aromatiſatus, tempore matutino, lacticinia ex milio, oryza, juſcula, ex carne & medullis Bubuli adjectis foliis acetoſæ & chærefolii modicè ſalita, ex ſucco cancrorum fluviatilium contuſorum cum croco, floribus maris & ſucco citri confecta, avenarea, amygdalina ſpiritu roſarum & cinamomi condita, quam utiliſſimè menſas delicati ægrotantis exornant: Quibus ſi acetaria ex lactuca novella, endivia, aſparago, naſturcio, Beta alba, meliſſa citrata, mentha, floribus bellidis, floribus tunicæ cum cariophyllis aromaticis pulveriſatis in vinô vel aceto oleo olivarum recenti benè infracto macerata, adjungas, his etiam in largiori apparatu ſiliquas cum Ciceribus ſacharinis, phaſeolos, folia Braſſicæ nigræ & criſpæ abjectis caulibus & filamentis, Braſſicam capitatam tenuiſſimè inciſam, cinara, piſces fluviatiles aromatibus ſaccharo & vino opipare conſperſos, germanicè (mit Polniſchen Bruhen) pulmenta amygdalina, ex vino cracco, cinamomo & ovis cremore lactis ſaccharato, pruna Italorum acidodulcia, poma de Sina, granatorum, citri, Porsdorffiana, ex conditis ceraſa vinoſa, Ribes, Berberes, olivas,

cap-

cappares, ſuccum Rubi idæi ad intinctus, pro loci & temporis ratione ſubſtituas, tale inſtructum habebis epulum medicum, quale nec ipſe Apitius utcunque luxurioſus aſpernabitur. Sitis deſideria eleganter fallere poteris cereviſia pellucida, bene lupulata, vino acido dulci, atque aromatico volatili, velut moſellanico, franconico, generoſiore, apiano, canarienſi, Hiſpanico, quæ pomis citri acidulis & ſpiritu nitri dulci interdum alteranda ſunt, maximè vero potulenta alternare & naturam ex facili deviantem Potu Caffè, Thée, Sorbe, Soccolatæ & ſeri Lactis ſucco citri depurati à veneno ſub deliciis latente ſollicitè præſervare conveniet. (5.) Aëris æſtum jucunde temperabis aſpergendo muſæi lateribus plantarum refrigeſcentium aquas vel acetum, atque idem peregrè abiturus naribus, temporibus & pulſibus creberrimè applicando: Cœlum verò nubilum pluviisvè turbidum, ſuffitibus aromaticis & liquoribus volatilibus ſalinis eodem modo uſurpatis feliciſſimè corriges. Quod ſi demum tibi liceat conjugalem aſcendere thorum & ibidem inter mille blandientis formoſæ veneficia amoris caſti miracula experiri, efficaciſſi-

mum remedium te callere gaudeas, qu
morbi acerbitates haud injucundè fall
re poteris, conjuge præſertim benè vale
te, & ratione congreſſus venereos ex æqu
moderante. Atque hæc ſunt Nobiliſſim
D. D. quæ calamus peregrinans medi
inter fatorum libidines ad tua commod
deproperare potuit, quibus ſi Deus ad
ſpiraverit Clementiſſimum Fiat, de e
optatiſſima rerum afflictarum medela nu
lus diffido. Fruere perennantibus ſan
tatis deliciis ad invidiam usque feliciter
quo multi nefarie injuriâ preſſi, Te liber
torem ſuſpiciant, atque noſtræ familiæ D
cus & Herculeum fulcimentum devene
rentur: Ego interea effuſius mihi gratu
labor, cum omni licet eruditorum ſupe
lectile deſtitutus, aliquid tamen & nom
ne Fiſcheriano & Artis Divinæ Doctore
maximè vero amico devinctiſſimo di
gnum me præſtitiſſe olim cognovero; I
quod ardenter precatur qui vivere cupi
& mori flagrat.

Nivemonti in Circulo Montano, d. 16. Auguſt. Anno 1695.

T. T.
J. A. F. D.

CONSILIUM II.
IN CAUSA SANGUINIS HUMANI.

Einen Chur-Mäyntziſchen Officirer auff dem Petersberg betreffend.

ALs mir einiger Bericht eine Verwundung der Lungen / und darauff erfolgten Todes-Fall betreffend nachgeſetzten Lauts / Einen Stich im Rücken zwiſchen der andern und dritten Rippen / rechter Seits in die Lunge durch und durch / wordurch die Vaſa pulmonalia ſehr zerriſſen waren / daher eine groſſe Blutſtürtzung und alſo der Tod nothwendig erfolgen müſſen; zumahl da / wie verlautet / dem Bleſſirten nicht zeitlich Hülffe geſchehen / zugeſchicket worden / mit beygefügter Bitte / daß ich mein mediciniſches Bedencken über ſolchen / und zwar fürnehmlich / ob die Wunde pro abſolutè lethali zu halten oder nicht? eröffnen mögte; So habe hiemit in dienſtlicher Antwort

wort nicht bergen wollē/welcher Geſta
(1.) die jenige Wunde in Republica Me-
dica an und vor ſich ſelbſt unumgänglic
lethal gehalten werde/ſo ordinariè meh
den Tod als die Geneſung nach ſich zi
het/ wañ auch gleich alle möglichſte Hülf
fe ſolte gethan worden ſeyn; die jenig
Wunde hingegen vor indifferent und zu
fälliger Weiſe lethal zu achten ſey/ welch
an und vor ſich ſelbſt den Tod nicht acce-
leriret/ wo nicht entweder an Seiten deſ
Verwundeten / der Umſtehenden / deſ
Chirurgi, oder anderer Umſtände ei
Mangel vorgefallen/ oder etwas verab-
ſäumet worden; wie dann ſolches eben-
falls der vortreffliche Leipziger Profeſſor
Herr D. Bohn in ſeinem *Tractat de
Renunciatione Vulnerum* p. 28. & 29. affir-
miret/ mit beygefügter Raiſon p. 50. *Vul-
nera quæ motum ſanguinis & lymphæ inte-
ſtinum & localem aut ſimul aut ſeparatim
eô usque turbant ut vita totius extinguatur,
morbifera per ſe erunt appellanda*; Et p. 52.
*Per accidens tantum tale dicendum erit vuln°,
quod neutrum horum (ſanguinis & lymphæ)
motum vel functiones ei litantes ad interitum
usq; vulnerati turbat: Aut ſi exin mori con-
tingat hunc, aliis intermediis de cauſis hoc
fiat,*

turbines male ſanos æthere, aëreo fodinæ privantur, hinc motu inteſtino aucto, furibundum quaſi fit in clauſtris, ipſosque ſæpe numero foſſores ob reſpirationem interceptam ab opere diſcedere cogit, non prius quam vel cœli inclementia remittente, vel arte per ignes vapore cicurato redituros. Dieſes neñen ſie den Schacht-Keſſel / indem ſie einen groſſen viereckichten Keſſel mit Feuer in den Schacht hängen; Flammâ durante operarii ſecurè iterum peragenda peragunt: Sin minus, judica Athmoſphæræ preſſionem nimis esſe intenſam. Hoc meteoron incidens in venam metallicam particulis aqueis lubricis nuptam, hanc relinquere intactam, & in extimâ fluidi ſuperficie remanere cogitur, ad modum Ol. communis, vel deſtillati quòd liquori aqueo ſupernatat, per ſeparatorium, vel alias pharmacopœorum enchiriſes facile poſtmodum ſecernendum. Eadem hæc aqua ex ſuo gremio nutrimentum metallo ſuppeditans non ſpernendi ejusdem incrementi verus patrator exiſtit, quatenus metallico ſemine turgida, cum ☿. metallorum inſito identificatur, quod opus metallicolæ ſermonis ſimplicitate gaudentes, ſub aqua & terra re

ra repræſentatum volunt, △mmetallum qua tale, terram vero ſcorias partemq; mineræ, quam âlii etiam terram ⊕laceam in in refinatione ſegregatas, poſtmodumque temporis tractu magnetem ☿ aerei conſtituere, non ſine veritatis applauſu autumantes.

§. VI.

Quo propius ergò vena centrum verſus decurrendo ad fontem aquæ unctuoſæ accedit, eo nobilius exaltatur, & exaltata multiplicatur, nam è vicinia pondus ad miraculum usque augere poteſt; Ubi contra è longinquo accerſenda diſpergitur, (daher das Trůmmern der Gänge) fatiſcit, daher ſie ſich abſchneiden / taceo, quod tantas viarum difficultates eluctata, heterogeneorum interventu, toties accuſatas imperfectionis notas circumgeſtare culpa aliena cogatur.

§. VII.

Hunc ☿ eſſe de proſapia aquea, evinco rationibus & experimentis: Si omnia originaliter ex latice aquoſo, ergo & ☿. Hoc legibus conſequentiæ manet æternum; illud me edocet pagina ſacra: evolve ſis *Geneſ. cap.* 1. ℣. 6. 7. 9. *Geneſ.* 2. ℣. 6. 2. *Petr.* 3. inde hanc efformo inductionem:

Si

Si aqua prior cœlo, terrâ & omnibus pro-
ductis creatione, ergò univerſum ex iſta.
Antecedens probo *ex loc. citat. adjecto*
℣. 10. conſequens ab exemplo: Sicut
enim vegetabilia & animalia ex aqua, ſicco
præcipitato demum prodivere, ita & hoc
primitus ex aqua juxta *citat. v.* 10. 11. 12. *&*
6. *Geneſ.* 2. inſtas: Ergo & ignis ex aqua;
non abſurde concludis, ſic enim *Eſaias*
cap. 51. *v.* 6. *Petrus* 2. *Epiſt. cap.* 3. *v.* 10. 11. 12. 13.
Nec acquieſco Theologicis: ita enim me
docet phyſica! Æther è ſubſtantia puriſſi-
ma ex particulis conſtans aëreis exactiſſi-
mè rotundis, volatilibus, hinc ſumme ela-
ſticis, aërem verſus prementibus; Hæ cir-
ca axem ſuum violenter motæ efformant
calorem, hinc ignem non adeo urentem,
magis minus, quo intenſior motus & ele-
vatarum aërearum conditio. Hinc & Ari-
ſtoteles ignem elementarem non urere di-
cit. Sit tibi exemplo ſpir. vini rectificatiſſi-
mus, vel liquor rubeus ex ♄ni ſale ſaccha-
rino per retortam prolectus, ipſo ſpir. vin.
etiam facilius flammam concipiens: id
quod in mox ſecuturis accuratius excu-
tiendum erit.

§. VIII.

Non dubito fore pleroſque, qui mihi
ſacram paginam allegandi, impertinentia

prin-

principia, vel quod logici dicunt, ſaltum ex una diſciplina in aliam objecturi, meas ſupplantare demonſtrationes annitentur; hoc, ut exquiſitè id perpendant, impenſe rogatos volo, utrum videlicet ſacra Scriptura agat de rebus phyſicis qu â talibus nec ne? taceo, quod ſubſequens demonſtratio phyſica dictis calculum quoq; ſuperaddat. Celebratur hoc in phyſicorum ſcholis axioma: *Ex quo res in principio coaluit, in iſtud poſtliminio iterum reſolvitur*; Poſterius probat prius, & dicitur demonſtratio à poſteriori; cum jam reſolutio mixturam in ſubſtantiam aqueam iñumeris ſuffulciatur experimentis, adeo ut ipſi etiam animalium demortuorum cines in terræ gremio ad ſal lixivum redacti, reſolvantur in humidum primigenium, haud ægre poſt in cuniculis terræ abſcondendum, quod ni fieret, cæmiteria in immenſum excreſcere deprehenderentur; ita & particulas metallicas, terreſtres rudiores, per molam phyloſophicam nuperrime disarticulatas, ad madorem coegit curioſa artificis manus: ne dicam de Ariſtotelis, imo, omnium modernorum, quibus exmeliori luto finxit præcordia Titan, conſenſu, quis mihi quæſo, æternum hoc extorqueret aſſertum, quod ſi jam ex accidenti tantum irrepſit, ita ne

quis

quis idem ceu objectum proprium interpretans, diffuſam ſed alienam prorſus deductionem expectet, ſolenniſſimè proteſtor. Inſtas, ſed nec vidi hanc reſolutionem, nec posſibilem puto: *Mi bone! abi ad logicorum ſubſellia, & rimare cujus energiæ ſit hæc conſequentia, non vidi, ergo nec eſt, non credo, ergo eſt falſum: Certe defectus ſæpe eſt in intellectu noſtro, ubi nullus in naturâ: Nec unum quodque individuum rationis ſuæ decempedâ, immenſos naturæ campos emetiri poterit.*

§. IX.

Debebat igitur & ☿ fluidam hanc exoſculari matrem & nævo connato, cujusnam parentis legitimus exiſteret proles inſinuare. Nævus hic in conformi particularum textura conſiſtit; ▽ etenim gaudet particulis cylindicè rotundis, hinc teretibus, lucidis, lubricis, flexibilibus volubilibusque, non immediate arctiusve ſeſe contingentibus, ab interfuſo æthere ſublevatis, ita, ut in eô natent ac ſuper invicem volvantur. Ita & ☿, niſi quod Sphæricè rotundas, preſſius ſibi incumbentes, hinc magis glabras, minus humidas, magis graves, minus lucidas amplectatur. Figura ſphærica à finidi ambientis æqual preſſu

preſſura, arctius connubium à globulis cen-
trum verſus prementibus, pondus ab ato-
mis fortiſſimè ſibi invicem impactis, levi-
tas à rotundo, ſuccum à minus flexibili,
opacum à denſo compacto reſultabit. Sa-
lino acidas inſuper in ☿ latentes ab extra
potiſſimum advenire, hinc ſpurias exiſti-
mo, quatenus in tranſitu à ſalium mine-
ralium prominentiis aculeatis rigidis laces-
ſitus, feroces ejusmodi atomas per motum
fermentativum avulſas, ſecum evehit, ita
tamen temperatas, ut minus quam in ☿io
ſto vulgari nocere poſſint. Sic etiam ☿
dulcis deliquio ſolutus, cum amylo, ♀ro
modicoque ✚ti ſubactus, poſtea in glo-
bulos diſtributus deſtillatione per de-
ſcenſum facta, conglomeratur in ☿ vi-
vum; Fæces autem ☿ii dulcificati rema-
nentes nulla arte in currentem reduci pos-
ſunt. Hæc eſt ratio, quare ☿ius ♎ jun-
gitur vivo ad producendum dulcem tan-
quam tertium, ita enim ſalia clauſtra ☿
perfringere, contagium acre Salinum ma-
gneticè ſibi aſſociare oportebat, ut ſic à
impedibus liber inſipidum & penetran-
tiſſimum naturæ ſuppreſſæ ſolatium ritè
mutaretur.

§. X.

Atque hæc de ☿ vulgi dicta ſunto, quo

facilior pateat transgreſſus ad iſtum philo- ſophorum ceu primam & immediatam metallorum materiam: Nam mea me do- cet logica, hanc conſequentiam, quæ a minori ad majus legitimos fecit gradus eſ- ſe validiſſimam. In ambiguo equidem origo ☿ii ſita erat, cum facies exterior a- nalogi parum cum fluido humido oſten- dere initio videbatur; demonſtrare fa igitur erat, probatu difficilimum, ut ſpon- te ſua indè flueret, quicquid de tenell vaporoſo, non inſolenter ſpecies metall cas incaſſum repræſentante, welches an geflogen Metall genennet wird/ toties in culcant acutiores Philoſophi. Ne igitu tibi texturam Merc. in centro terræ vol tantis eandem cum noſtro argento viv imagineris, ſed quoad minima diſcont nuatam, rarefactam, volatilem, inſipidam uvidam ad modum nebularum ex aqu bulliente aſcendentium; Et hoc eſt fo cundum tantarum divitiarum ovulum.

§. XI.

Reductio Merc. in aquam & educt reciproca experimentis comprobatæ, to tum de Geneſi ejusdem negotium firmi ſimis ſuſtinebunt fulcris. Fac ergo co flect

ſictur ex argilla ſolida ad inſtar vaſorum
Waldenburgenſium pro aquaforti deſtil-
anda, olla ventris ampli, colli verò gra-
cilioris ita concinnati, ut commodè elem-
bico cœco claudi & operatione peracta
recludi poſſit: Venter duplici tubo uno
uxta confinia colli, altero juxta baſin ſit
ervius, quo per illum injectio, per hanc
ero ejectio ritè procedere queat, obrua-
ur Vas tuum in furno ſepultum circum-
uaque candentibus prunis, canalibus ſal-
em reſpiratione conceſſa, & eo usque tor-
ueatur, donec totum intenſo perfunda-
ur rubore; hinc capias Merc. vivi. qu. v.
immittas citiſſime per orificium ſuperius,
a tamen ut conus pileatus præſto ſit,
ui & accuratiſſime obturare, & arctiſſime
l tertiam usque canalem obtendere que-
. Merc. injectus flammæ reverberan-
 impetu reſolutus fuga elabi conatur,
nc petit altiora, ſed & ibidem ferventi-
s igniculorum ſtimulis præcipitatur, us-
e dum Vulcano furenti ſupplices pro-
ndens manus in humidum primigenium,
appoſito recipiente optime munito, lim-
diſſimam aquam referens, reſolvitur:
rticulæ argenti vivi quæ hos inſultus de-
ere, ex vaſe adaptato colligantur, to-
N 2 ties

ties de novo immittendæ, quoties fugac
adhuc pede inniti judicantur. De indu
ſtria jam prætereo illos per ſalinas ſuppe
tias reducendi modos, aquas unctuoſa
etiam cognominatas, quoniam ſagax phœ
nomeni examinator hic levi negotio di
verticula querere poſſet.

§. XII.

Ex fontibus Soteriis, acidulis, thermis
aliisque liquoribus à metallico contagi
mineralibus appellatis, eductio Merc. cu
rentis à philoſophis peritis aliquoties de
monſtrata eſt: Modus quod adhuc occu
tus non adeo evidenti delineationi acco
modatus eſt: Quantum autem mihi cu
Artificibus diſſerenti per obſervationes &
judicii capacitatem colligere licuit, præc
pitatione in vaſe analogo opus maxim
ex parte fuiſſe inſtitutum, ſuſpicari potu
iſtæ enim vel congeneres aquæ in æne
vaſculis, imo etiam ex vitro antimonii p
ratis includebantur, ſub favore calor
blandi, nunc ventris equini, nunc baln
vapidi, eo usque donec hinc inde glob
li mercuriales appendi videbantur, b
das Waſſer gebrochen/ & ſic ſpatio me
ſis naturalis magnam aquearum molec
larum partem in talem formam transn

gra

graſſe jucundiſſimo ſpectaculo his oculis vidi. An vero inſuper quippiam affundatur vel ad motum particularum promovendum, vel ætherem denſativum inducendum, nec temere affirmaturus, nec imprudenter negaturus ſum, limatiori eruditorum judicio id excutiendum relinquens: Hoc interim eſt certiſſimum, aquam extinctionis metallicæ, **oder die Schlacken-Bäder**/libero aëri expoſitam, ſpatio temporis certo emenſo, limum cinereum ſplendeſcentem viſcidum ad latera vaſis lignei rotundi fundumque hujus ablegaſſe, qui ſecretus in aëre totus fernè Merc. currentis Schema, niſi quod terra ſquamata fœtens, ſeu ſulphur impurum ſeparanda erat, oculis ſubjecit, reliqua ad medietatem usque aqua ☿ii egreſſo æquiponderante. In ſignum tantum adhuc ☿ius in ſuis penetralibus deliteſceret, quantum ex priori dimidio fuerat concentratum. Dicis, Merc. in aquis mineralibus hoſpitans à metallorum mineris, non vero aqueis particulis ortum derivat, adeoque utitur tantum aqua pro vehiculo; regero, ſic ita, ſed quare non aquæ prædictæ & communis inæquali proportione ad libram examinatæ, pondere diſtin-

 guen-

guentur, nam & liquori & Merc. ſua eſſe
gravitas ut ita proportio dupla aquæ com-
munis neceſſario ad unam datam adeſſe
debeat: Vel ſub qua forma propellerent
ſcaturigines Merc. contentum, an ſub for-
ma vaporis, an liquoris, & habeo quod
volo, quoniam alia demonſtrari nequit.
Jam vero certiſſime conſtat, fontes ſote-
rios & thermas in forma vaporis ad lutum
cæruleum humidi magnetem appellere,
uti paulo altius eô remoto, in thermis
Carolinis matutino & veſpertino tempore
videre conceſſum eſt, ut & in ſcaturiginib
jam vel ob affluxum inſufficientem vel vim
condenſandi enervatam, areſcentibus, hic
enim nil niſi tenuis nebula ſtatim iterum
diſparens aſcendit: id quod aquæ medi-
cinales à Merc. etſi viribus ejusdem ∇a no-
tabiliter imprægnetur. Unde hoc? non
niſi à contactu ætheris mercurialis,
qui atomos fluidi ita diſponit, ut quam
maxime particulis Merc. aſſimilatæ ſpe-
cifice agere poſſint: taceo pondus aqua
coctione in vaſe clauſo peracta ne mini-
ma augmenta capere, id quod indubita-
tum aquæ compreſſæ, & conſequente
mercurificationis inchoatæ, ſignum incul-
cat: nec dicere ambigo, poſſe hanc & ali

am

am probè defæcatam, legitime volatiliſatam, in Merc. currentem converti, dummodo preſſura neceſſaria & ætherearum particularum ad fluorem juſta dimenſio ſic atis innotuiſſet. Quoniam vero terræ nimis alligati ſumus, noſterque intellectus corporis contagio pariter laborat, id magis erit optandum quam ſperandum: nonlum enim repertus eſt, qui vitam, machiæ clariſſimi Sturmii navigandi per aërem ratia excogitatæ, cujus ope ſcientiam deitam venandi occaſio affulgeret, concreere voluerit.

§. XIII.

De artificio Merc. currentem magnes cujusdam beneficio ex aëre colligen, diffusè agere ſuperſedeo, eô contens, quod non multis abhinc annis, viro uidam clariſſimo hic loci iſtius rei periulum faciendi aut αυτοψία exoptatam reondiſſe animadverſum fuerit. Pari ratio temporis ſucceſſu, mineræ exhauſtæ in dinis denuo ingravitantur, ut & ſcoriam montes, Cryptas metalliferas, & ofcinas furoſias, die Schmeltz-Hütten/ rcumvallentes, iteratas aucupantur ditias; hinc videmus iſta cupri integumen-

ta virorum amœnum tam reſidui, quam concepti ſeminis metallici argumentum oſtentare, quæ poſtmodum è terræ ſinu nuperrimè exciſis mineralium lapidibus aſſociata, in furno colliquativo ſuum ad augendos metallicos fluores conferunt ſymbolum, imo etiam absque additamento, ſi numerus & contenta redimant impenſas, ignis examini ſubjiciuntur, **wann ſie reichhältig/ werden ſie alleine wieder durchgeſetzt.**

§. XIV.

Num autem Merc. terrei quippiam, ceu principium diſtinctum in ſinu foveat, non adeo facile quis definiverit, ſicuti in aqua nonnunquam, particulis ejusdem ab invicem ſecedentibus, **wenn es bricht/** obſervatu proclive eſt, attamen puto, quod ſi tale quid evenerit potius impuro terreſtri admixto quam ipſius Merc. Eſſentiæ adſcribi mereatur; ideoque probe diſtinguendum inter τὸ concurrere ad materiam, & cum materia, pari jure ac aqua elementaris per minima ſui tota homogenea deprehenditur. De allabente & ſyſtema terreſtre permeante aqua jam non eſt quæſtio, quippe quæ pro loci natura

plus

plus minus heterogeneis imprægnata, impuritatis nota diffamatur. Hinc ſalſus, amarus, nidoroſus & ſi quæ ſunt alia ſaporum genera, ſuas induunt larvas, improbo laboris niſu, demum corrigendas. Non reticebo hac occaſione, iſtud Angli moderni artificium, qui Jacobo Regi nunc exuli non multis retro annis exhibebat aquas marinas ſale muriatico ulterius non infames, quod quidem inter ſecretiora occultavit, oculatiſſima vero mechanica non longo tempore ab inventione pleniſſime detexit: compertum enim eſt, ipſum terram argillaceam limoſam aquâ marina imbibiſſe repetitis vicibus, quamvis imprægnationē deſtillatione interpolante, ſic ſal marinum in vaſe æneo repoſitum, humido dulci abrepto, in forma hexagonali concretum acerrimumque remanſit, id quod in aurem dictum velim feci periculum hujus Enchiriſeos Islebii, & ex lacu proximo, accolis der geſaltzene See appellato, carpionum molis & ſaporis admirandi feraciſſimo, ſuavem humorem ſed paulatim amareſcentem elicui, qui ut ad omnimodam dulcedinem exaltetur, ſedulo impoſterum operam daturus ſum.

§. XV.

Datô, per ſolam particularum fluidi originalis compreſſionem & condenſationem conflari globulos mercuriales, eosdem genuinum pariter primi entis metallorum principium ſuppeditare quam curatiſſime nunc exponendum. Si ergo metalla, qua talia, ſtemmatis ſui hiſtoriam deducunt ex aqua ſola, & ☿ primævus eſt naturæ partus, quis mihi ſiſamnes injuſtus æternam hanc veritatem extorquebit. Præprimis, cum haud inſolenter mercuriales ocelli è mineris exhauſtis reſplendeſcant, quod fieri conſuevit, ſi fluidum reſolutum aſcendens, ab aëre craſſiore & impuriore figatur, ab interſperſis arſenicalibus particulis inſuper arrodatur, hinc confluunt illæ, ſeſe in figuram globoſam perfectiſſimam ſcilicet iſtosque inſultus facilime repellentem conjecturæ, ne dicam de liquore argenteo & ferrugineo, in venis propriis reperto, de quo metallifoſſores diverſis vicibus evidentiſſima teſtimonia depoſuerunt. Equidem me non latet experimentum, mercurium ex anatica proportione humidi & ſicci exquiſitiſſime mixtorum conſta e, demonſtrandi cauſa excogitatum, fundunt nimirum aquam

aquam in planum pulvere conſperſum & promptiſſime coit in globum, nullo humiditatis ſigno relicto; Sed cum ▽ & terra nunquam adeo identificentur, ut unum corpus homogeneum inſeparabile conſtituere poſſint, niſi hæc in primum lentorem ſit reducta, modus inſuper philoſophandi hic exſiſtat ſordidus, pythagoricis phænomenum iſtud concoquendum objiciam. De figura globoſa ex mechanicis notandum, unitatem in homogeneis excellenti[9] ſervari in globo, ſic enim extremè æqualiter diſtant à medio. Q. E. D. ex atomis ergo compreſſis, fit aqua, ex his Cylindricis humectatio & poſtea ſphæricis Merc. ex hoc demum metallum. Tantem interiora Merc. ſatis humida evincit ejusdem in igne conſtantia, incombuſtibilitas barbare dicta, qua opitulante vel totus evolat, vel totus remanet.

§. XVI.

Experientia edoctus per viam ſiccam & humidam Merc. currentem è corporibus metallicis reſuſcitari poſſe, ad confirmanda ſuperiora, aſſero. Utraque viâ ſalinis nititur ſuppetiis, alcali ſcilicet & acido conjunctis: ambo per menſtrua affuſa ſpiritu aëreo actuante in via humida opus

aggre-

aggrediuntur; in ſicca vero vel ſalia adje-
cta metallorum calcibus igne reverberii ad
motus fermentativos ciendos exacuuntur;
vel machinis tritoriis atomi metallicæ dis-
continuatæ à particulis æthereis ſalium hic
ſuccedaneis in fluorem reducuntur, qui
modus etſi jam Democrito chymico inno-
tuerit, attamen nuper à *Langelotto* cum
ipſius machinæ facie exactisſima eſt deli-
neatus. Sic ipſe author Clariſſimus elabo-
ravit Mercur. antimonii, *Möllenbroccius*
Merc. ſolarem; prioris Enchiriſeos ratio-
nem hanc pono: ſalia intimius calce me-
tallico combinata ad motus tumultuantes
æthere horum coarctato ab acido ignis
volatili extricato, aſſurgunt, hinc atomi
Metallicæ perfringuntur, perfractæ com-
minuuntur, comminutæ meteoriſantur
meteoriſatæ ab æthere igneo undique la-
ceſſente præcipitantur, ab inſito vero ela-
ſtico, robur expanſivum priſtinum ad
menſuræ juſtitiam ſic ſatis adepto, in fluo-
rem & poſtmodum Mercurium currentem
coguntur: promptius tamen obedientes
☿rios habebis, ſi per ipſum ☿rium Mercu-
rificatio inſtituatur, ſive præcipitatum cor-
roſivum à ☽ v. g. reiteratis vicibus ſubli-
mes, ſive ♎ à ⊕lo, ſale ♀ri & ✻ci ſubli-

mat

mato jungas, & in forma pulveris medio metalli excavato immittas ſpir. viniq; rectificatisſimo circumfuſo ignem admoveas: Sic ☉ in ☿rium converſum affirmat P. *Renatus.* A ☿io enim virtus agentium ſpecificatur, eoque facilior particularum ad ſui ſimiles fit confluxus. Non ero prolixus hic in adducendis variorum laborandi modis, eo contentus, quod, ex ♁ beneficio ol. vitrioli, ☿ium currentem in patella cuprea extorquendi Enchiriſis ſingularis, propria experientia mihi conſtet, icuti & ex iſta materia nigricante cum butyro ♁ defluente, per ol. ♀ri ☿rius adjectus fere omnis iterum comparuit, cinnabare ♁ii, ☿ium ♁ii in lixivio alcalico expedite reviviſcentem, abſcondente; ſic fruticem Hermeticum ignis deſtillatorii examini ſubjectum, ☿rium in majori quantitate, quam additus fuit, fundere *Becheum* aſſerentem habeo.

§. XVII.

In ▽ noſtra vaporoſa ſal univerſale inſipidum deliteſcit, quod aſcendendo humidum concomitans in fibroſam ſecum commutat texturam, quo tanto felicius ad ſumma venarum orificia devenire queat.

queat. Facile enim humidum in ſua pe manens forma per tantas diſpergeretur an guſtias & augmentatione defraudarentu metallica corpora; non enim niſi à ſaliun contextu particularum appoſitio depen det. Iſtud ſal quo remotius à centrali g zophylacio ablegatur, magis magisqu denſatum, aquam reddit viſcoſiorem, u quedum totum rigeſcat in metallicum Sy ſtema. In hoc ſale celebranda reſidet fer mentatio, & quidem in particulis puriſſi mis terreſtribus oleoſis, ſeu terra Adamic Philoſophorum, intime ſali comixtis qu ab æthere igneo prius excitatæ, ad certum usque viæ ſpatium cum igneis acidis ean dem continuant, quæ igneæ cum impur terreſtri poſtmodum ſulphur metallorun externum, adoratum vulgo ſecundum me tallorum principium, conſtituunt: Priore vero in ſulphur internum ſive æthereum in ſitum condenſantur, ex quo omnis ſpec fica virtus, ipſa etiam transmutatio decan tatiſſima derivandæ. Aſcendit ergo viſc dum vaporoſum aëre circumjacente rare ſcente disjecto, qui motu circulari ad pr ſtinam ſui dimenſionem tendens, à terg vaporem inſequitur & ita continuo altiu elevat. Et hic eſt circulus naturæ cele bratiſſimus.

§. XVII

§. XVIII.

Salinam hanc ☿ii ſubſtantiam ſequenti
xperimento confirmaturus ſum : Solve in
▽ F ☽ & ad 1. Marc. ℔. 1. civilis ▽F, ad
☉ quadrupla ▽R, ad ♀ minor & debilior
▽F portio, ad ☿ium vero tantum ana af-
undendæ erunt. Ne dicam de modo fa-
noſi cujusdam chymiatri, quo 6. ☿ii par-
es in una ▽F. absque ſtrepitu, glaciei in
▽ calida liqueſcentis inſtar ſolvit. Æqua-
is etenim vel major requiritur proportio
quidi, quo magis vel minus ſalinæ ſub-
antiæ ſubjectis inhærere liquet : Dico
ubſtantiæ ſalinæ, non quod minus Merc.
n corporibus ☉ & ☽ exiſtere perſuaſus
m, ſed puto, metalla, quo magis ad ſoli-
um firmum collimant, poris valde angu-
is, hinc ſalinis particulis maxime ſibi in-
icem impactis & intricatis eſſe obſepta,
t ita ſub aliena, metallicæ corporeitatis
empe, forma, ſepulta deliteſcant, tanto
npenſius ſui analyſin impedire, quantò
otabilius ab originali textura defecere.
xpreſſus enim æther, dum ſua coarcta-
m particularum contiguitatis ſpatiola
guſtiora reddita, conſueto elatere de-
o ingredi nititur, nec poteſt, ſaltem
rticulas invicem premit, & valide in
firmam

ſirmam texturam comprimit. Ergo quantum ſalis in hoc eſt ſubſtantialiter, tantum in altero potentialiter, ſed facilior eſt reductio ſubſtantiæ quam potentiæ, Ergo & hic intenſior, ibi remiſſior vis adhibenda. Atque hæc de noſtro Merc. ſunto dicta.

§. XIX.

Hæc magni Hermetis avicula nullas in ſe agnoſcit ſaporum differentias, quas demum à con- & occurrentium affrictu mutuatur. Sic à Dracone obviam eunte laceſſitus excandeſcit, æthereque inſito violentius commoto, motus peregrinus concitatior, per quem particulæ heterogeneæ abreptæ incuneantur, præſto eſt, hinc acido notabili contaminatur, imo impetu durante in ſulphur arſenicale, molas ſubterraneas vel corpora impura degenerat, nonnullis volatilioribus ejusdem elapſis, inque liquidum fluidum atomis mineralibus varie coloratis interſperſis, concentratis quod foſſores den Berg-Sinter vocant, hoc in tranſitu lapideas moles pingens, vana ſpe metallicis illudere ſolet, cum hæ probationis igne examinatæ, actutum avolant, idcirco Blände / Schwefel-Kiß &c. appellatæ, und gleiſſen ſchön von auſſen. Sic igneus philoſophorum Mercuriu

urius certa enchiriſſi ex ♂, prolectus ;
anta comburendi virtute pollet, ut etiam
um absque igne calcinare potens ſit, qui
onjunctus vulgari crudo, magicum cele-
rat matrimonium, ad opus auri & argen-
ficum ſumme neceſſarium. *Hinc lego*
prælio ♂tis & ☿ii heroico ; nil poſſe abs-
ue ♂te ☿rium.

§. XX.

Iis quibus è motu fermentativo acidi
alcali præſentiam extorquere volupe
t, initio ſpir. vin. & ▽æ communis de-
llatorum phænomenon recenſendum
it ; utraque enim ad dimidiam usque
ſtracta, materiæ reſtanti re affuſa, in in-
ſtinos conſurgunt motus ; ita & alcali
um ſolutum in aqua, cum eodem ſicco
ullit; phlegma ⊕li cum Ol. ſuo effer-
ſcit ; quis vero proin hoc alcalicum
onunciabit, pariter ac alcali ſolutum
r. vin. & ▽m abſtracta acidis annume-
it. Spiritus ergo liberior æthereo pe-
trantiſſimo animatus, tales cum ener-
to frequentat luſus, hinc itur in amplex-
s amicos exultante atomorum ſubſultu
ula pulchre delineante.

§. XXI.

Equidem utraque largior manu, hanc

fermentationem ab acido volatili pingu ceu inſtrumento aut vectore ætheris flu diſſimi inchoari, & ad certas usque deſt nationis leges conſervari, quoniam ab gniculorum ſubterraneorum illapſu potiſ ſimum dependet, qui quod cum igne no ſtro ex acidis conſtent, ab effectu analog conjicitur, clariſſimè verò *experimento cu jusdam ex retorta vacua acidiſſimum liquo rem ſumma ignis violentia propellentis*, pate ſcit. Nec obſtat acidum ligni: ſufficit nec ignes centrales eſſe Elementares ſe ſuſtentari in particulis terræ ſiccioribu mucaginoſis rigidiuſculis, quæ à materi ſubtiliſſima primi Elementi rapidiſſimè cir cumgyratæ inter ſe impingendo atterun tur, quo motu durante, ſolidiores è vic nia depaſcunt atomos, ſulphureum ſche ma conſtituentes, quibus collectis liber intra ſubtiliſſimam materiam natantibus flamma demum exoritur. Iſto inſupe atritu prominentiæ inæqualiores exacuun tur. Penetrantia ergò ab æthere vald elaſtico, actio vero ſpecifica à particula rum ſic figuratarum Scheſi deducenda En! acidum originaliter demonſtratum Hic tamen ſubterraneus focus non ita u culinaris noſter infamis eſt, illius enim ſub

ſtantia

ſtantia purior; volatile hinc valde beni-gnum acidum, oleoſis ramentis ſolertiſ-ſime involutum exhibet, cujus portio ſpi-rituoſior humido altiora petenti adhære-ſcens, fermentationem ſuſceptam, pro ro-ore innato, quousque poteſt, alit. Fer-ore remittente proprio pondere particu-e metallicæ conglomeratæ ſubſidunt, ve-am metallicam efformaturæ. Poſſem ic calcinata ponderoſiora à particulis i-neis allegare, niſi me nuperrimum ex-erimentum in Regulo ♁ii calcinato, am-guum reddidiſſet, cum enim tunc pond⁹ lum auctum menſuram vero diminutam bſervarem, gravitatem aliunde derivare oportuit. Ex his itaque concludo, non iſtere acidum motus fermentativi auto-m legitimum, quod enim ex accidenti ncurrit, non ingreditur eſſentiam effe-us.

§. XXII.

Hæc naturæ prægnantis ovula, ad ſuas atrices evecta, ibidem nutriuntur, au-nentantur, & ſingula ſuo fato quam ter-ime expoliuntur pro ſpatio vero ade-o, ductuumque variante textura, in di-rſas coaleſcunt moles, venarum chara-re inſignitas. Sic cumulus metallicus

nunc horizontaliter ſeſe diſpergit, nunc per vias transverſas ſecat, nunc multiplici complexu intricat; jam tectum fodinæ nobilitat, jam truncos circulis cingit, jam lapſu perpendiculari ſe præcipitat: per lineas curvas foſſoribus illudit, ille heterogenei interventu angit, iſte millies diſperſus ſollicitus urget; id quod conſueto ſic exprimitur idiomate: Die Klüffte und Gänge geben hier eine Flötze/ einen Fall oder Geſchiebe ꝛc. da iſt ein Quer-Gang/ dort ramlen oder örtern ſich die Gänge/ dieſes iſt ein ſchwebender Gang/ jener ſtreicht in die Runde/ der Seiger gericht in die Teuffe; hier fällt er/ da ſetzt er ab/ dort trümert ſich der Haupt-Gang/ da iſt ſein hangendes/ ligendes/ ſtehendes & quæ ſunt reliqua de quibus ex aſſe in mea mechanica curioſa ſubterranea, Deo volente, acturus ſum.

§. XXIII.

Hoc ſeminale Chaos, ſpecificas metallorum formas in ſuis viſceribus occultat, ita ut decantatus eorundem ſeptenarius potentiâ proximâ ibidem exiſtat, quod adhuc intemeratum, puriſſimæ, ne dicam perfectiſſimæ prolis autor eſt. E. Tali conceptu non niſi analogus effectus

ex-

:xſpectandus, ideo non poſſunt non ex
liverſis mineris tali homogeneo puro tur-
geſcentibus ☉ ☽ ♀ ♀. ♀ ♂ ♃ ♄ ☿ pariter
uriſſima eniti: **Daher kommt gediegen
und gewachſen Gold/ Silber/ Kupffer/
Eiſen.** Hæc materia optimè defœcata,
quatenus ab incumbente ſolido differentes
uperficies, ab ambiente fluido conſiſten-
iam magis vel minus ſolidam, ab æthe-
is intrinſeci luminoſi volatilis copia, in-
enſiore vel remiſſiore elatere æqualem &
ontinuam atomorum extenſionem, rare-
actionem, hinc ad ſuam ſubſtantiam ma-
orem vel minorem proclivitatem nanci-
citur; nunc nitorem & colorem, pon-
lus & dimenſionem, tenſionem, ductibi-
itatem, tranſparentiam, æthereas figu-
as, agilitatem cum virtutibus, differentiis
pecificis, reliquiſque hinc fluentibus phœ-
iomenis, unicè fœneratur. Ex hoc fun-
lamento maximum exſurgit philoſopho-
um miraculum, ad quod ipſa Natura ſa-
gax obſtupeſcit, Atheus ſceleratus con-
remiſcit. *Heu! terque quaterque beatum,
qui hinc diſcit ignobile nobiliſſimo, fixum
volatiſſimo, terreſtre aqueo connectere, &
hoc nexu mediante æthereum ſubſtantiam de-
rivare, Andromedam ſurdo alligatam ſaxo*
 denuò

denuò liberandam, rem etenim auro ſinen vel millies cariorem, ipſiſſimam imo philoſ phorum trinitatem in ✡a capiet, pro quo b neficio Adeptis benigniſſimè conceſſo DEU benedictus ſit in ſecula.

§. XXIV.

Haud raro ☿ium currentem è propri vel aliena minera exhauſta colligi ſuper us mentionem feci, id quod ab acidi ve ctoris & ſalinarum fibrarum inſufficienti ſæpius provenire arbitror. Si enim con tingat, acervum materiæ copioſiorem pe patulos ductus ferri, qui igneum ætherer concomitantem ſuperet, & ab aëre cras ſiore in venis pabulante adjutus penitu ſupprimat, neceſſaria fermentatio, & con ſequenter inteſtinus particularum motus rarefactio & hinc dependens progreſſu infringitur: quo facto, particulæ aquea denſiores ad ſuum redeunt ingenium, ſa linas non æquiponderantes exterminant quæ ab ambiente deorſum iterum preſſæ rigeſcunt, concamerantur, & incluſum humorem in globulos ſiccos usque co gunt. Nihil enim extra acidum vi diſcon tinuandi & elevandi ☿ium pollet, quo niam ab æthere volatiſſimo diſſecans par ticularum textura adjuvatur, ſicuti contra

nil

nil niſi alcali eundem revivificare poteſt,
uti ex ſublimato hujusque reductione evi-
dentiſſie patet.

§. XXV.

Inſtas: quare non reſuſcitas ex metal-
lis ipſis ☿ium viventem alcalicis? reſpon-
deo: differre iſtas reductiones ratione ſub-
ſtantiæ & ſubjecti. Nam ☿ Philoſopho-
rum diſperſus & in corporeas usque leges
compactus, violenta disjectione, æthere
igitur impetuoſe agente, rodente, velli-
cante, aculeos infigente, hinc diſſecante,
indiget, quo facto ſubtiliſſima materia vi-
uit in ætherem concluſum, quem ſom-
niantem motu analogo excitat, volvit,
rapit, hinc fluor & in hoc ☿. Subjectum
ergo tantum, minime vero ☿ium adori-
tur. Tantum autem abeſt, hunc fluo-
rem Philoſophorum eſſe ☿ium (nunquam
enim vel rariſſime talis ex intentione na-
turæ) ut potius tantus quantus violentum
artis productum & ſpurius genuini frater
increpandus, uberius hoc texturæ trans-
mutatione & perfectionis exaltatione in
opere aurifico indicante.

§. XXVI.

Omnis ergo generationis ſcena alludit

ad ſimile animatorum negotium, hic ovu
la, ibi ☿ius: hic ſubtile plaſticum, ib
ſulphur volatile: hic matrix, ibi minera
hic embryo, ibi metallum: hic nutrimen
tum chyloſum, ibi vapor aqueus: hic cho
rii fibrillæ & vena umbilicalis, ibi ſinuoſ
pori: hic appoſita filamenta, ibi fibræ ſa
linæ: hic chorii & amnii liquor, ibi aë
& aqua circulantia: & quæ ſunt alia: ſul-
phur volatile ſeu internum quantum quan
tum ſalinum judico, æthere volatili elaſti
co in ſalibus rectificatiſſimis incluſo, im-
prægnatum eo quod de facili ad menſtru
ſalini, ceu ſimiles ac amici præſentiam de
hiſcit, & in homogeneos ſudores reſolvi-
tur. Cum igitur puriſſimæ ignei ætheri
particulæ in ſubtiliſſimis, hinc etiam ari-
dioribus ſalinis atomis, & conſequente
primaria ſulphuris requiſita hoſpitentur
non potuit ſulphureum exitare characte-
rem, non autem quod ſulphuri externo
communi ſuæ acido pingui, quoad adjun-
cta impoſita reſpondeat. Nec enim vi
adurens, quæ tamen in interno nulla, nec
odores differentes, aliunde quam à vola-
tili differentibus ſubjectis inhærente. Nec
acidum ſulphuri eſſentiale, ſed à particu-
lis vitriolicis plus minus incuneatis origi-
nem

nem mutuetur oportet. Volatile & fi-
xum ſunt propria ſalium in quarto: Hæc
udicamus ab effectu, effectum organis
ſenſorii dimetimur: quæ teſtantur de pe-
netrantia, æſtu & calore, imo quo ſal vo-
atilius eo promptius exſurgit in flammam
oleoſo ignem involvante & ſuſtentante
pplicato. Sic per mechanicam conſtat,
oties artificis arbitrio mutata ſubjecta,
non niſi ſalium conſiſtentia differre: jam
nim ſal ſiccum, jam reſolutum in aëre
am ad ſpiſſitudinem abſtractum, ſalia fi-
a, ſpiritus, olea, & conſecutive ſulphu-
n ſuppeditant, poſtmodum facile, reſpe-
tive tamen, in unicum originale reditu-
n. Odores in ſale volatili ſequentibus
dſtruo phœnomenis: impone menſæ ſpi-
tum volatilem oleoſum vitro ampliori
perto inditum, & duorum adhinc cubi-
orum ſpatio ol. vitrioli fortiſſimum re-
itas deſtillatum, ita tamen, ut liberum
ri ab hoc ad illud permeandi conceda-
r commercium, & ambo videbis in in-
viduum commigraſſe corpus, ingenti
mo ab utroque latere aſcendente, to-
mque conclave odore ſpecifico adim-
ente, & ita odorem per viſum demon-
are poteris, quod eſt padoxon. Pari-

ter ſpiritus nitri ⊕li communi aut ✱co a
fuſus, poſt deſtillationem penetrantiſſi
mum juxta ac diverſiſſimum odorem ſpa
git, qui antea in nullo horum ſeparatim
percipi poterat: jam vero hic non nonni
ſalia, & tamen miranda odorum varietas
Ergò nulla conſequentia, ubi odor, ib
ſulphur. Taceo in Regno minerali ſul-
phur commune demonſtratu eſſe impoſ
ſibile, nam acidum deſtillatum, & odo
nonnullorum in calcinatione ſulphureum
æmulans, tantum abeſt ut ſulphuri inter-
no eorundem, quin potius heterogeneo-
rum coalitui, hincque impuro adventitio
adſcribi mereatur. Imo per meam aſſe-
vero probatoriam, metalla genuina, & ita
nobiliora, olfactus ſenſorio examinata
nullum ſulphurei contactus relinquere ve-
ſtigium. Proſcribo igitur à mineralium
confiniis ſulphur ut fundamentum, non
vero ut modum; Quod enim ex vario
variorum concurſu demum reſultat, ſu-
perbo principii titulo neutiquam dignum
cenſeri debet. Sic è ſubtili & graſſo fer-
mentantibus viſcidum præcipitatur mag-
ma, de ſale volatili & acido participans.
Particulæ ramoſæ, hamatæ, flexiles, ac la-
mellulatæ, tenacem conſiſtentiam; particu-

las

las has acidum; acidũ vero ignis fabricant; quo arctius hi particularum ũnci ſibi invicem impinguntur, eo firmius cohæret corpus: Qua de cauſa Olea, etſi ramoſis ſe mutuo implicantibus conſtant, leviſſime tantum coagulantur, id quod oleo aniſi frigori expoſito haud inſolenter accidere ſolet. Oleoſam ſulphuris dicti ſubſtantiam inculcat promptiſſimum cum asſociato oleoſo, alcalico lixivio mediante, connubium, ſic pinguedines & uſitata olea ipſi commiſcere didicerunt ſaponarii: ſal acidum fixum demonſtrat, ∽ 🜍ris per campanam: non ſunt enim ejusmodi ſpiritus, niſi ſalia in aëre reſoluta, quantum e his humidum ambiens præcipitat, tantum coagulatur ſpiritus: Quid quod ſulphur vivum aëri libero expoſitum, curſu dierum villis ſalinis aluminis plumoſi inſtar exaſperetur. Sal demum 🜍ris volatile, probat, & magdaleonum 🜍reorum flamma ceſſante fumantium odor notabilis, & eorundem ſuper rectificatum ſpir. vini deflagratio, cui inde vis ſal volatile quodvis avarè arripiendi, hujusque odorem ſpecificum ſpirandi accreſcit. Acidum vitriolicis particulis permixtis 🜍 debet, cum omnis pyrites, è quo ſulphur

ex-

excoquitur, vitriolum inſuper largiatur id quod vel leviſſime operationes metallicas callenti, notiſſimum eſſe debet: Qua de cauſa conſuetum quoque hucusque characterem obtinuit. Ex quibus nunc iis, qui cuncta metalla in tria reſolvi poſſe gloriantur, reſpondendum; quod dato hoc falſo, non ſequatur tria revera eſſe principia, ſed potius tria producta heterogenea, cum non abſolute rei ſemper inſit, quod inde fabricatur; quin potius de novo ignis producto & materiæ ultimata adjunctis diverſis teſtatur. *Tria ergò ubi inveniuntur non ſunt materialia corporum initia, ſed thori ſeminum, quibus depoſitis cuncta ſponte redeunt in primævum aquæ elementum.*

§. XXVII.

Mundum animatum, & ſic porro animal monſtroſum eſſe, ſpecioſo commento Plato jam ante aliquot ſecula ſomniavit, ſpecificis rerum dotibus & ordine univerſi mirando deceptus: hinc tot intelligentiæ tot ſpiritus vertiginoſi ortum traxere. Credula poſt philoſophantium ſequiorum cohors animam univerſi ſub infinita ſpirituum ſpecificorum turba adorarunt; Sic influus & inſitus primum civi-

tat

ıte donati ſunt: usque dum Mechanica
ɔlers iſtos ingenioſorum ſomnos eviden-
i contrariantium experimentorum ſyrma-
ɛ maſcule excutere cœpit. Cum enim
ɔecificam ſpirituum actionem ſenſus &
atio comites vitalitatis individui, neceſſa-
ɔ inſecutura, adeoque cujusvis opinionis
atroni in idem abſurdum relapſuri vide-
antur, anilis ſpirituum inſitorum fabula
d cunas ejulantium oſtraciſmo digna ju-
ıcata eſt. Hinc nullus iisdem in opere
ıetallico pariter locus: nam metallorum
ifferentiæ & ſic emergentes virtutes ſpe-
ficæ nec ſenſu, nec ratione, ſed ſolo con-
ato impetu, pro ratione variantis impul-
ıs. Th. 23. explicati perficiuntur; *Quod
vero quis ætherem inſitum Mechanicis le-
bus obedientem, vitalem ſpiritum analogi-
ſalutare contendat, neminem obloquentem
ıbebit.*

§. XXVIII.

Nec minus celebris hucusque ſchola-
m diſtinctio inter metalla perfecta &
ıperfecta exſtitit, impudens ſane, ſtoli-
, impia & ad ſcythas & Garamantes
leganda: Quælibet ſpecies ſua gaudet
rfectione, quicquid enim fecerat
ɛr glorioſus, erat bonum, erat perfe-
ctum.

ctum. Nec aurum eſt perfectio ferri, nec ☽ plumbi: Numquid homo erit perfectio pulicis, vel quod magis, pediculi, qui excremento humano ortum debet: Conſtrue ex horum alterutro hominem, & eris mihi magnus Apollo. Sane quodvis metallum ſuam ab æterno traxit deſtinationem, nos in hac humanæ mentis caligine latentem. Non enim puto tantum ad quos jam coguntur, eſſe facta uſus conſuetos; id quod revelat mechanica in intimis eorundem viſceribus ſolicita adhuc hærens. ☉o & ☽o carere quidem poteramus, non item ♂o: Quin hoc ad hominis uſum moliri piam parentem naturam potius, quam ☉, qui negarit, in avaris, non in ſapientibus, huic liceat nomen ſuum profiteri. Sic germanis olim nec ☉um nec ☽m fuiſſe, Tacitus aſſeverat. Imo ♂ omnium metallorum fuiſſe primum & ab ipſo rerum Conditore primitus uſurpatum, colligo ex verbis *Gen.* 2. *text.* 8. *& Geneſ.* 3. *text.* 24. E quibus ſatisfacio inquirentium foſſorum, unde Thubalcain primus metallurgus inſtrumenta ad fodinas neceſſaria acquiſiverit, curioſo deſiderio: à Deo T. O. M. initio fabrefacta immediate & communicata fuiſſe me arbitror.

ror. Pudeat igitur temerarios metallo-
um transmutatores, qui cuncta in ☉ per-
ici, imo ☉ mineralium conatum audacter
lamitant: poſſuntne, quæſo, divina fata
nfringi? Eccur non major ☉ri cumulus,
uam ♂, vel in aurifabrorum foco ☉m
bsque ☽a & hæc ſine ♀? *nil etiam conan-
ur metalla, dum fiunt, nondum enim ſunt,
oſtquam ſunt, ſunt hoc, quod ſatis eſt iis eſ-
e.* Non vero hic ſanctiores Philoſophos
ntellectos, volo utpote de poſſibilitate
☉rum conficiendi certiſſimus, id tantum
uæro, num ex metallis, qua talibus, num
ero ex ſemine originali ad quaslibet for-
nas indifferente hoc exarari queat, & ita
atebit, ☉ tale eſſe violentiſſimum artis
roductum, in quo abſit metallica corpo-
a perficiantur, quin potius impetuoſe ſub-
igentur. Taceo, iſtam ex ſemine vago
uri fabricam inique vocari metalli trans-
nutationem: Deſiit enim hoc eſſe, quod
rat antea & ſicut ☿ ante generationem
on poterat ſalutari vel ☉, vel ☽, vel ♄:
a multo minus poſt corporis deſtructio-
em: an autem deſtructio artificialis ſit
erfectio naturalis, & per conſequens me-
alli transmutatio valdopere dubito. Cum
rgò cujusque ſpeciei perfectio conſiſtat

in

in eſſentia. Eſſentia vero ſit indiviſibilis ; adeoque quævis ſpecies ſibi ſit perfecta ; præſertim in relatione ad genus ; non licebat per iſtas ſecare genus ſic in perfectum & imperfectum ; Diviſionis enim requiſita etiam cavent, *ne partes dividentes evertant naturam diviſi.* Prætereo, quod perfectio in hoc genere ſupponat ☉ ut formam, & efficiens metallorum, quod erat probandum.

§. XXIX.

Nec iſte tandem chymicis error erat condonandus, qui his vana conjectura raptis metallorum characterismum nominalem & numerũ ab influxu planetarum ſpecifico trahendi, & necquicquam reluctantia impunè ad datos carceres prædeſtinandi poteſtatem conciliavit : Me ſanè non adeò tenet myſticus Ecſtaticorum Cabaliſtarum ſeptenarius, ut preſſa hactenus veritatis caſtra deſerendo, ſceleratus transfuga audire merear. Cum enim nec definitio, nec genus, nec differentia ſpecifica, nec efficiens nec finis metallorum, hæc planetis aſſignata reſpiciant, adeoque *cui non competit definitio, eidem nec definitum; Cui non convenit genus, eidem nec ſpecies; negataque differentia, negetur res ipſa* &c

rc. ab impoſſibili, abſurdo, inconveni-
nti, & ſi quæ adhuc ſunt loca plura, con-
arium demonſtratu cuilibet erit facili-
ıum; Ne dicam, magis conſulto veneri
lerum feliciſſimo & totius propagationis
arenti auſpicatiſſimæ argentum; Lunæ
oſt ſolem celerrimo & maxime mutabi-
argentum vivum; Jovi præter ſolem
œleſtium omnium nobiliſſimo Bismutum
eſignati debuiſſe; id quod ultimum ſi-
nilitudinis refugium pariter funditus e-
ertit. Octo ergo ſunt & manebunt ſpe-
es metallicæ, nunc denuo ſuis nomini-
us initiandæ, & impoſterum ita ſalutan-
æ: Aurum, argentum vivum, bismu-
ım, plumbum, argentum, cuprum, ſtan-
um, ferrum. Conſuetos autem hucus-
ue characteres, tantum abeſt, ut veteres
pientes identitatis gratia impoſuerint;
uin potius myſtici nonnihil veris magiæ
aturalis filiis ſic adumbratum ire volu-
runt.

§. XXX.

Participant autem de natura & nume-
o metallorum, quæ mineram propriam,
ormam metallicam, materiam conſtan-
m & finem ſpecificum à natura adepta
ınt. Sic argentum vivum optime annu-

meratur metallis, ſic & bismutum: De priori lapidem nativum, das Queckſilber-Ertz/ producunt fodinæ, qui per deſtillationem deſcenſoriam globulos mercuriales plorat, qui cum argento puro amalgamati, metalli formam aſſumunt; imo ſi recipias, virid. æris pulv. ſal. comm. exſiccati ana unc. vj. ☿ii vivi unc. iiij, primum ſolvendo ſal, poſtea viride æris ▽ ferrata fabrorum, ſolutis in cacabo ferreo coctis, ☿ium aſſocies, opusque urgeas, usque dum ſpatulæ & fundo inſpiſſatus adhæreſcat, videbis eundem ab impuritatibus ſeparatum, & ab aëre frigidiore induratum, cum radicib⁹ curcumæ flavæ & tutiæ Alex. ana pulveriſatis, S. S. S. transmigraſſe in aurei coloris metallum, ſeu ☉um ſophiſticum. Quid quod à natura ad denſum firmum in ♁, ſub terra induratum argentum vivum exiſtat, ut ita ♁ium mineram ☿ii eſſe convenienter ſuſpicari liceat. De poſteriori cryptæ ſubterraneæ exhibent Cobaltum, marcaſitæ mineram, quæ ab igne funditur in bismutum in forma metallica, cujus uſus tornatoribus ſtannariis & nodos ſeu clavos ex plumbo fundentibus, ad eosdem ferruminandos, ſummè neceſſarius: Imo Britanni ad duritiem

&

& ſplendorem ſtanno conciliandum, nul-
atenus eo carere poſſunt. Veriſſime er-
gò *Encelius lib.* 1. *cap.* 30. hoc metallicum
omnino neſcivere Arabes ; neſcivere
Chymiſtæ ; alias plura feciſſent metallica
corpora, exclamat. Et hoc noſtrum eſt
Electrum immaturum.

§. XXXI.

Non concipio luminoſum, niſi quatenus
enuè & æqualiter denſum extenſum, ex
tomis puriſſimis & homogeneis confla-
um ; Quod puriſſimum æthereum ex-
anſum ſeu lumen primigenium voco : in
ola namque transparentia conceptus for-
nalis luminis acquieſcit. Extra hanc lu-
ninis origo tradi nequit, nunquam enim à
reatione exſtitit à parte rei, ſed ſtatim in
oncreto ſe manifeſtavit. Hinc lux &
enebræ, dies & nox, ſolis & omnium er-
aticorum, fixorumque lumen: quod in
onum collectum, lucem & calorem, in
yramidem vero uſque acuminatum, i-
nem efformat, quod punctum iſte conus
recta linea attingit, ibi dies; quod ex
bliquo: ibi diluculum, vel crepuſculum;
uod à latere transverſo prorſus, ibi nox;
omis nempe craſſioribus per diem di-
erſis propria gravitate corruentibus ve-

lumque quaſi luci obtendentibus. Sol ergo in motu eſt perpetuo non ſolum quoad ſuperficiem convexam, ſed per omnia ſui minima, motu primum circulari, ſed quo proximior cono, ſpirali: Horum nonnulla etiam ſimul exſpatiantur, ſub atomorum forma in ipſis radiis conſpicua, & per certas enchiriſes in ſulphur ſolare condenſari apta, in ſignum, ſolem conſtare ex atomis minutiſſimis velociſſimè ſe pellentibus, hinc lucentibus & calefacientibus: à luce denique in ſuperficies rerum aſperas vel glabras cadente, tot colorum picturas reſultare vero fit quam ſimilimum.

§. XXXII.

Non adeo lumina intuentium paſcit variegatum colorum velamen, quam animos curioſorum rapit occulte figuratus mineralium nucleus: atque hinc quam plurimi in exhauriendo imaginum lapidis Islebienſium fiſſilis luſu, (Schiefer-Stein) conſpicuo deſudavere, qui admirandas formas nunc fluviatilium, nunc hominum, per ſua viſcera diſperſa fovet. Omnium vero maxime jam temporis piſces, qui noſtratibus Muſtulæ dicuntur, quam ſolertiſſime æmulantes alit, qui ſimulac findun-

tur,

tur, jucundiſſimum ſpectaculum intuentibus præbent. Ratio hujus phænomeni à nemine adhuc, quod ſciam, ſolide explanata eſt, in me ergo nunc, quantum quidem licebit demonſtrandi devolvetur onus. Abſit autem jactantia & temeritas: maneant & divinis reſervatis & naturalibus myſteriis ſua miracula: Haud eſt philoſophi ſagacioris, ex abſtruſis ſtupenda naturæ thavmata ſtatim fabricare, ut nec prudentis, effectus ſupernaturale quid redolentes rationis circino emetiri: Hæc ergo mea ſit opinio. Sementis metallica copioſior ad radices mineræ appellens, per patulos hujus poros ad intermedium usque ſpatium permeat, ibidem tranſitu ulteriore denegato coagulatur, & connata gravidate fixas metatur ſedes: incumbens mineræ portio dimidia variis prominentiis juſtam tamen proportionem obſervantibus, ceu parallelis ſeſe invicem ſecantibus, diſtincta, materiam ſemiliquidam in ſpatiola profundiora cogit, dividit, & ita vi æqualis preſſuræ in piſcis figuram condenſat: Atque hoc ex neceſſitate continentis & materiæ, figura enim particularum parallelo gramma ad ſpatium pervium datum contigua, non poteſt non ta-

lem exhibere formam, quæ im̃ediatæ datæ diſtantiæ & linearum deflexui aſſimiletur. Iſtas autem mineræ ſtrias impreſſas à primis ejusdem natalitiis derivo, quatenus ſabulum ſemiliquidum, ceu materia proxima, ſecundum ductus frigoris illapſi tali ſtriarum ſerie fuit diſtinctum, analogismo deſumpto, ex ♁ii & ♂is regulis ſtellatis in laboratorio Chymico. Nullius momenti eſt imperitorum ad influxum aſtralem refugium, ſi quando animadverterunt cœlo ſereno eminentius ſplendeſcere in ſuperficie Reguli ſtellam: potius enim hoc à puro fluido pedetentim centrum verſus premente deducendum: rigeſcente namque peripheria, liquidiores æthere igneo adhuc gaudentes particulæ, ad medium usque propelluntur, & ab inferioribus pariter condenſatis, magis magisque ſuperficiem verſus attolluntur, quæ quod aëre limpidiſſimo, hinc temperatiore nondum ſatis incruſtata particulis impellentibus cedit, easdem transmittit, & ad priſtinam dimenſionem connitens in angulos ejusmodi torquet, quæ poſtmodum ab aëre incumbente deorſum verſus, & ſic in ſtellæ formam abeunt. E. g. ſint latera reguli B. C. D. E. F. G,

ËËr premens puncta D. F. particulas ſu-
erficiei rigidiores tangentia, ubi appoſi-
um obſtaculum, neceſſario materia ſemi-
quida dabit locum ex D & F, G & C &
c porro, quibus partibus ſuperficies ce-
it: Et ita reſultabit hexagona figura ex
eceſſitate materiæ obedientis impulſui:
Quod ulterius iſtud *Architæ Tarentini axio-
na: res naturales moventur proportione qua-
am æqualitatis ab intrinſeco, niſi obex po-
atur, confirmat*: Atque hinc ſecundum
mnes partes æqualiter creſcunt & au-
entur ad circularem figuram accedendo,
ujus partes ſingulæ æque diſtant à cen-
ro, q. e. d. Commercium ſalinum quod
onnulli hic incuſant, nec ego reproba-
um volo, dummodo iſtud de cauſa ma-
eriali, minime vero formali, intellectum
ſſeverant. *De effigie pontificis Leonis X.
& B. Lutheri, in ſuperiore & inferiore inter-
nediâ lapidis ſuperficie accuratiſſime inſcul-
ta & in præcedente ſeculo reformatione in-
ruente in monte veneris prope urbem* **Heck-
ſtätt/ auff dem Kupffer-Berge/**
quo loco Anno 1200. initia fodinarum
Comitatus Mansfeldici, per foſſores cele-
res Nappian & Neucke primum incla-
uere) *inventa, quam illuſtriſſimi Comites*

Mansfeldici inter ſua rariora adhuc aſſervant, ut & de reliquis extraordinariis, data Deo volente occaſione ex profeſſo recenſendis, meum jam ſuſpendo judicium: *quoniam τὸ θεῖον hic ſubeſſe ſacro tactus horrore exiſtimo.* Nec allegaſſe injucundum erit experimentum *Feburii Chymici Regis Angliæ*, qui ſalem ♀ri lixivum eo usque evexit, ut in vitrea cucurbita ſublimando altè exſurgens germinantem vitem egregia ſimilitudine referret.

§. XXXIII.

Suus denique mineralium cuivis eſt Character, quo mediante, incluſam metalli ſpeciem, hujusque turgeſcentiam prodere conſueverunt, qui in coloribus, odoribus, duritie, & gravitate potiſſimum variat: Colores certè in dignoſcendis mineris & præſagiendis reditibus maximopere veniunt attendendi, imo nullus foſſorum absque his prænunciis opus ambiguum aggreditur, quoniam experientia conſtat, certas picturas certis accommodari corporibus metallicis: Sic color cœruleus, argento; flaveſcens & purpureus ad modum Rhabarbari orientalis interioris, auro; viridis cupro; ex obſcuro rubeſcens ſtanno; ex fuſco rubicundus ferro;

ro; ex obſcuro albicans ſaturno, albidus ſplendeſcens bismuto; intenſe flavus ſulphuri & auripigmento, non tamen ut metallis proprius exſiſtit. Colores prædicti jam inveniuntur in terra mineris adjacente, jam in minera ipſa particulis metallicis concentratioribus referta, & quamvis non ſemper actuale metallum includant, ſunt tamen exhalationes ejusmodi, quæ venam in progreſſu divitem indicant ad modum, quo odor rorismarini diſperſus, de ejusdem clauſi licet, præſentia vera teſtatur. Sic lapis Islebienſium fiſſilis Noberg appellatus, copioſo quidem virore oculis blanditur, cum tamen exiguus ex illo ſit æris proventus, in altero vero Streb cognominato, aſpectu perſæpe quidem ignobiliore, dives metalli vena hoſpitetur: hinc fallunt illi & egregiè falluntur, qui ex viridi quovis cuprum Chymice extrahi blaterant: ſane ut plurimum ejusmodi colores excrementa ſunt metallica, quæ cum aquis mineralibus, oder den Berg-Sinter/ terras fatuas alluunt, pingunt, ſed propter habitaculum inconveniens, particulas ſolidiores, ſiquæ inſunt, foras propellunt: Non ergo omne vitriolum ♀is, vel nativum, vel factitium, lar-

gietur particulas congeneres, quanquam millenis à Chymicorum vulgo excarnificetur modis; alterior enim magisque oculata indagatio præſto ſit ad Ecſtaticas particulas denuò incorporandas neceſſe eſt. Non hic prolixus ero in demonſtranda colorum origine, ſufficit, eosdem eſſe luminis reflexione debilitati varietates, quatenus impreſſas ab æthere ſpecifico formas, per certam diſtantiam ad oculos transfert, ut in ſpeculo eſt clariſſimum, quæ enim per modum tactus fiunt, materialitatẽ non excludunt, quamvis nec minimæ particulæ materiales ex objecto elabãtur, alias & forma humana ceræ impreſſa, ab atomis humanis derivari deberet, quod tamen eſſe ridiculum: acquieſcamus igitur in eo, quod ad hunc modum ſpecies lumini imprimantur, quæ impreſſæ uti ſpecifice iſtud modificant, ita & ſpecificorum colorum poſtea genuini autores exiſtunt.

(o)

CA-

CAPUT II.
De
METALLORUM PROBATIONE.

§. I.

POſtquam mineralium valor & condi-
tio per data κριτήρια ſic ſatis innotue-
e, ipſa corpora nunc examinanda ſunt,
ıt de quali & quanto contentorum evi-
lentiſſima teſtimonia deponere valeamus;
d quod probationis igne examinandum,
ıui etiam metalla è matricibus extracta,
forte è duabus coaluerint ſpeciebus,
romptiſſimè ſegregat, quæ tamen ſepa-
atio cum alterius metalli, impetum flam-
næ non ſuſtinentis, jactura, omnino in-
ituitur. Sic particulæ argenteæ à Cu-
reis & Saturninis, aureæ à ferreis, & ar-
ento vivo ſecedunt, idquod numiſma-
ım compilatoribus, Reſinatoribus, auri-
ıbriſque notiſſimum eſt. Nam metalli-
æ peregrinæ leviores ab igne extricatæ
articulæ infallibiliter avolant, graviores
ıinus ſolidæ poroſum catilli cinerei fun-
um illabuntur, compacto firmo homo-
geneo

geneo in medio rutilante. Hinc metalla quo longius à ſolido denſo recedunt, vel adventitiis impuritatibus circum & intertextis contaminantur, frequentiore acido, nunc extus matricum, nunc intus ætheris, nunc utriusque vitio, quaquaverſum ligantur: particularum ſiquidem in his magis vel minus contiguarum interſtitiola craſſioribus aëreis vel acido fixo concatenantur, cujus unci, alcalicis & urinoſis in tigillo tecto, fuſione mediante, diſpiciuntur, qui cum terreo adhærente, in ſcorias circumjectas abeunt, regulo centri fundum obtinente. Duplici ergo operatione opus eſt: alia in catillis cinereis, per furnum probatorium ſub tegula fornicata: alia, in tigillis per ignem foci vehementiſſimum, follibus continuò, ſpirantibus, immediate vaſa verberantem, vor dem Gebläſe. Cum enim in illis ad ſolem & argentum tantum, per ſaturninas ſuppetias; in his vero ad metalla reliqua, per ſalina adjumenta cumulatiora, operatio dirigi poſſit, neutiquam pro eodem fine obtinendo horum vicaria erit opera: quælibet enim actio convenienti loco & medio inſtituatur, oportet. Ratio: Saturnus metallum non affine quodvis, niſi pon-

ondere & ſoliditate ipſum ſuperet, à mo-
u locali & particularum concurſu arcet,
asdem diſpergit, diſperſas volatiliores i-
gnis adjumento exterminat, fixiores vero
comburit: hinc nil niſi ſcoriæ vacuæ:
am vero nullum metallorum proximius
d naturam illius accedit argento & bis-
nuto; ideo probationes minerarum, re-
era argenteas atomos poſſidentium, vel
lterutrum horum, vel etiam bismuti &
eliquorum ad idem, felici eventu non
leſtituuntur. Aurum vero & argentum
ivum, quatenus adhuc vel in mineris in-
luſa ſunt, vel jam metalli formas acqui-
iverunt, quoniam pondere excedunt,
uo etiam non defraudantur fine. Cœ-
eris mineris, proprium metallum præter
ata, fundentibus, nullus eſt in catillo lo-
us, quoniam ab acido eorum impurio-
um peregrino, particulæ ſaturninæ in ni-
ı debilitantur, dem Bley entgehen die
Kräffte im Anſieden/ & ita remanet im-
urum Chaos; imo ab iisdem purioribus
ariter nullus effectus ſperandus, cum par-
culæ metallicæ, ob proportionis inæqua-
tatem, à ſaturno non evolutæ, in extima
ujus ſuperficie diſperſæ, in regulum con-
reſcere nequeant, particulis ejusdem con-
nato

nato pondere centrum verſus connitentibus. Ita ſane in univerſa natura comparatum eſt, ut quodlibet ſimile ad ſuum ſimile; qua data via feratur, non quidem ſenſu ſemper mediante, ſed æthere intrinſeco, textura corporis, & aëre circumfluo colludentibus: Sic ad ferrum Magnes; ſic ad materiam morbificam medicamenta ſe habent: Quod artifices accuratius penſitantes ſuavi ſequela & in hoc negotio æmulati ſunt: ita ♄us argenteo lapidi permixtus, additamenti nomen (der Zuſatz und Schwehre) obtinuit: obſervarunt enim, ejusdem particulas cum terreſtri heterogeneo mineræ colluctantes, ad inteſtinum usque ſpatium coëgiſſe argenteas defœcatiores, cruſta ignobiliore ad circumferentiam relegata, venereis jovialibus ſimilibusque adhærentibus meteoriſatis & expulſis. Quo facto ſeparationem ♄ni, eodem liquefacto in poroſos cinerum ductus ſe inſinuante, aggreſſi ſunt, globulo ſolidiore argenteo, ſpatium adæquatum non adepto, in medio ſupereminente: ſubtiliſſimum ſulphureum fulguris inſtar exploſi evibratum, wenn es blicket / puriſſimæ nunc ſubſtantiæ indicium ultimum præbet. Quo minus igitur tuum metal-

lum

um nobile prædentur pori malè cohæren-
es, cura ut per pulſum piſtilli ternis vici-
bus iteratum compingatur, & condenſe-
ur viſcidum aqua limpidiſſima conten-
um: Secùs enim, vel albumine ovi, vel
ucco potabili pingui ſi opus perfeceris,
eram in jactura pœnitentiam experieris.
Nec tandem oſſeum pollen vaſculo inſper-
gere omittas, ſic enim denſiſſimum, o-
nnemque Vulcani inſultum facilime elu-
urum nanciſceris. Et hæc de teſtis, ti-
illis & catillis dixiſſe ſufficiat.

§. II.

Solida igitur mineralium notitiâ ſufful-
atur ſubſecutura operatio, quo eviden-
us liqueat, ad quod natura inclinet, qui-
usque potius mediis indigeat, unde por-
o & ſua ſponte adjumentorum proportio
uet: Sic adjuncta eorundem extrinſecâ
intrinſecâ, larga manu ſuum conferre
lvertes Symbolum, quibus neglectis
unquam bonus eris Docimaſticus. Sanè
etallum ſaxo præduro cinctum aliam
æ faciliori expoſcit viam, ſic grave, ſic
ve, ſic ſulphure impuro prægnans, ſpe-
ficis ſaltem obedientia habebis labori-
s: Imo ſi unquam hic certe, medium
i tenuere, beati ſunt proclamandi. Juſta
autem

autem durities, vel quod elegantius, compactum firmum congruum mineris adſit, neceſſe eſt, quo deficiente, & particulæ metallicæ certiſſime deficient: deficient vero, vel aquis abreptæ, vel ſqualoribus obvolutæ, ſie werden verſchlemmet / vel perfectione defraudatæ, remanente vacua minerali terra, es bleibet ein leerer Berg-Letten: Quo vero excedente, accedet quoque pororum anguſtia & parcior metalli proventus; dum enim & expanſione debita, nutrimento circumfluo à loci difficultate deſtituuntur metallicæ atomi, vena tabeſcens reditus opimos poſſidentibus fundere nequit. Sic lapis ære gravis, non adeo caute ut pondere minor tractandus, niſi peregrina mineræ conditio aliud ſuadeat. In hoc enim, neglecto ignis moderamine accuratiſſimo, tenuis particularum textura facilime reſolvitur, & jam in auras avolat, jam ad ſcorias hiſcentes relabitur, præprimis, quod ſœpe fit, ſi è virulento heterogeneorum coalitu, minera ortum traxit. Sulphur denique copioſum, graveolens, adurenti poteſtate ferox, maxime in arte docimaſtica attendendum, quoniam exercitatiſſimo etiam artificum ſæpenumero illudere ſolet: Nam ſiin-

i intenſiore Vulcano opus urgeas, fumo
quidem diſcedere 🜍. cogetur, ſed cum
ngenti æris detrimento: rodit enim & ra-
it quantum poteſt : hinc judicium am-
iguum, præſagium difficile: Sin minus,
on ſecedent particulæ ærosæ, ſed cum
o bulliente enervato, fixato, eædem fi-
untur, & ita maſſa ſubſidebit confuſa, in
ua per motum inteſtinum peregrinum,
articulæ disjectæ ulterius diſperguntur,
uo minus ad Reguli conſiſtentiam aſpi-
are queant: Motum enim convenientem
uies omnino excipiat, neceſſe eſt, alias
ulla concretio, uti ex chymicis conſtat,
bi pari ratione per continuatas materiæ
gitationes, partibus regulinis coeundi fa-
ultas adimitur.

§. III.

Media ergo via incedendum erit, qua
etallicæ particulæ ſartæ tectæ conſerven-
r, ejecto nihilominus ſulphureo incaſſum
nitente: ſed quænam iſta? reſpondeo:
alcinatio, termino technico das Rö=
n. Hac enim aptiſſimè mineralium &
etallorum degenera ad meliorem indo-
n redacta, tractabiliora poſtmodum e-
dunt; dantur quippe nonnulla, quæ
liquationis initia intumeſcunt, parti-

culis rudioribus, crudis, aſperis, prominentibus, bullaque prægrandi omnem teſtam adimplent, ita ut omnino de fuſione ſit deſperandum, adeo reſiſtit efferum ætheris adventitii ingenium: exſurgentes bullæ, de ejusdem intruſi præſentia, ut & de exteriore mineræ impuro terreo & oleoſo ſuphureo lentore ſuſpicionem præbent. Æther hic ſub tali ſchemate exſiſtens ab igne rarefactus, à ♄no laceſſitus, aufugere tentat, ſed à denſo incumbente minime transmiſſus, conveniens adeptæ expanſioni ſpatium molitur, quo non invento, in veſiculas & tumores particulas elevat, usque dum ſucceſſivè ipſa oleoſa ramenta diſſolvantur, & aëre circumfluo varie per frigora & calores alterato, presſura inæqualis oriatur. Hinc dehiſcit cortex exterior, & ruptura præſto eſt: ſed nec ſic à ſuſpicione nocendi immunis, niſi ſumma artificis prudentia, nunc blandè, nunc rigoroſè pro exigentia rei, ad maturationem opus cogere inſiſtat. Tum demum particulæ metallicæ liberiores mediante ♄no & aëre per antherius furni orificium illabente, jam in unum continuum, jam contiguum conglomerantur quæ poſtmodum in catillo facili cura

(niſ

niſi arſenicales fixiores ex operatione
ion ritè peracta, neglectæ, auxiliatricem
xpaſcant manum,) intimius purifican-
ur. Wenn ſich das Werck auff ſolche
Weiſe im Anſieden wiedrig ſtellet/ ſo iſt
ein Fluß zu hoffen/ vielmehr aber daß
as Bley entgehen/ und alſo ſitzen blei-
en dörffte/ zu beſorgen. Hæc de cal-
inatione minerarum cum ♄no pro ſco-
o argenteo intelligantur: Reliquæ vero
d ♄m, ♂m, ♀m &c. per ſe tantum cal-
nantur, nec rigoroſum adeo medera-
en exigunt, quoniam quamdiu ſulphu-
i quippiam adhuc exhalant, vel redo-
nt, gradu conſueto tuto torqueri poſſunt,
oc ſolum obſervato, ut ternis vel qua-
or vicibus forcipe extrahantur, & piſtol-
probè conterantur: Sic enim multum
lphurei avolabit, & celerius finem opta-
m ſortietur operatio; ceſſante odore
quiſitiſſimè materia torreatur, quo ar-
icalium & mercurialium inquinamen-
um reliquiæ fixatæ in ciueream ſub-
ntiam & tandem in ſcorias transmuten-
.

§. IV.

Attamen non eadem omnibus eſt con-
io, ſed quædam, quo proximius per-

fectionis limites attigerunt, ab iſto fœtore immunes ſenſuum critirio deprehenduntur; in quibus nec fumus aſcendens grave quid ſpirat, quibus etiam non diu multumque cum impuritatibus, ſeparata tantum per aquas in alveolo portione terrea, luctandum eſt: **So ferne es von dem Gebürge oder Geſtein unrein/ wird ſolches in einer Schlich-Molden/ durch das Schlämmen abgeſichert / und zu einem reinen Schlich gemacht.** Copioſus ſiquidem lentor ſulphureo cauſticus, ſeminia metallica in loco optimè expurgato diſpergere & ſuffocare nequit; id quod alias & ſegetibus à nimia terræ pinguedine accidere aſſolet: ſi itaque ex minera vel metallo, convenienti additamento concurrente, per artificioſum ignis moderamen in furno probatorio vaſisque congruis, ſub tegula fornicata, ſpeciem, hujusque copiam & valorem quis eduxerit, artis docimaſticæ peritus omnino cenſendus erit.

§. V.

Hic etiam focus Docimaſticus meam confirmat de unitate principii metallici opinionem: dum enim ne micam heterogenei, in maſſis metallicis per æſtus prædictos

dictos refinatis, ſupereſſe, mecum, omnes
inſuper quibus labores metallici victum
quotidianum ſuppeditant, teſtantur, ita,
ut V. g. ☽. ♀. &c. per omnia minima, in-
terna & externa nil niſi argenteum & ære-
um exhibeant, ſalino ſulphureis abjectis,
quæ cum non-ingrediantur ſubjecti eſſen-
tiam multo minus in bonam frugem vel
ſubſtantiam metallicam reduci poſſunt.
Dicis: in ipſa ☽ à puriſſima & reliquis de-
mum inveniuntur nota tria principia, quæ
probationis opere non ſegregantur: Re-
ſpondeo, vel ergò particulæ eorundem
erunt coæqualis eſſentiæ & conſiſtentiæ
totius, vel non: ſi prius, nec erunt diſtin-
ctæ, quoniam ſubſtantia & accidentibus
conveniunt: Si poſterius, demonſtra mi-
hi vel minimam argenti atomum; ab al-
tera ejuſdem ſpeciei differentem, & ſta-
tim tuam amplectar ſententiam. Cum
autem ſolummodo iſtud tentare velle ſit
temerarium, ne dicam impoſſibile, ergo
data tria nunc menſtruis, nunc igni ſuam
acceptam debebunt formam, quæ metallis
non magis naturalis, quam figura inſcul-
pta ligno. inſtas: ergò & ☿o tuo exulan-
dum: Exulet iſte vir bonus, ſi modo re-
manet Philoſophicus. Hoc tamen aſſe-

vero, ☿ium ſolarem, ſale & ſulphure ſolaribus ante mercurificationem extractis, minus ponderaſſe, his non ſeparatis, imo nec ſal, nec ſulphur in furno probatorio, ad modum ☿ii in ☽m fixam transmigraſſe, igne verò coacto hæc evolaſſe; facilime tamen, cum ☿o eadem conjuncta, in ipſius ſubſtantiam ſeſe abſconderunt; ad indicandum, ſe non ſubſtantia, ſed modum tantum ſubſtantiæ, ſecundum variantem operantis intentionem, differre.

§. VI.

Methodum denique particularem probandi metalla è mineris jam jam extracta per ▽, curioſis communicabo, quam ad imitationem Archimedis nuperrimè inveni. Etenim dantur metalla, quæ diverſas in penetralibus fovent ſpecies, ita ut ♄, & cuprum ☽in: ♂, vel cuprum, ☉em ☉ ☽am & ſic conſequenter, arte vel natura includant: Si ergo nunc aliquis ſcire aveat, an & quantum v. g. ♀is vel ☽æ in ☉o exiſtant, ſalva tamen manente ſubſtantia, ſic erit res tractanda. Sit tibi cognitum, quantum contineat ſpacii ☉um & ☽a pura in ▽a ejusdem menſuræ, quantumque hujus defluat ab utroque ſeparatim immiſſo; ita per regulam proportionum inve-

nies

nies pondus ☽æ in ☉o, ſubjecto integro perſiſtente. Fundatur ergo operatio in corporum pondere æquali & magnitudine diverſa, v. g. Maſſa argentea 18. librarum hærens in ▽æ libris 2. v. g. extrudit liberam ſem. hujus aquæ ſupra expulſam ab ☉o ejuſdem ponderis. Maſſa verò mixta æqualis gravitatis ejicit tantum unc. vj. ultra ☉um: itaque dico libra ſem. ▽æ reſpondet libris 18. quod libris nunc reſpondebunt unc. vj. & productum dabit libr. 9. proportione adhærentis argenti; & ſic de reliquis. Q. E. D.

CAPUT III.
De METALLORUM SEPARATIONE.

§. I.

SUperius corporum metallicorum de diverſis ſpeciebus participantium mentio facta eſt, nunc ergo, quomodo qualibet ſalva manente, eædem ſeparandæ veniant, diſpiciendum. Certiſſime au-

tem dictum ſeparationis opus conſiſtit nunc in gravitate variante, ut patet ex adjecto ☿ & ♄ nuc in ſolido disproportionato, ſicut videre eſt in affuſa 🜅, nunc à denſo interveniente, quod à ſulphure inſperſo evenire ſolet. Pondere differre metalla à ſe invicem, neminem latere puto: ne tamen mica dubitationis ſuperſit, ad jam vulgata, à me quoque diverſis vicibus accuratiſſime examinata, curioſorum experimenta provoco; juxta quæ conſtat, ex metallis, inæquali magnitudine lanci impoſitis, ☉ 100, ☿ 72 ß, ♄ 57 ß. Bismutum 57, ☽ 55, ♀ 45, ♃ 38. ♂ 28 marc. librantibus dediſſe: E quibus ſequentes enchiriſeos modos pono.

§. II.

Cuprum nondum refinatum, in officina ſeparatoria piſtillo præpilato, in partes minutas confractum, cum ♄ in furno liquatorio fundunt, ſic ſat. cum argento inhærente combinatur, combinatus in furno ſeparatorio denuo ſecedit: cuprum à contactu argenteo liberatum in furno turrifaciente à reliquiis ſaturninis & lunaribus ex aſſe purificant, ut deinde in area excoctoria refinati faciem acquirat. Saturnus argento gravis, in aream cineream

ſub-

ſubſidet & in hujus texturam poroſam irruit, remanente radio argenteo, qui aſſociatus lunæ puriſſimæ in areola, ad valorem uſitatum à vulcano lambente exaltatur. Proportio plumbi ut plurimum datur octupla æris, variat tamen pro circumſtantiis concurrentibus. Das auff der Seyger-Hütte mit dem Kupffer-Brecher zerſchlagene ſchwartz-Kupffer/ wird auff dem Friſch-Ofen mit Bley angefriſchet/ welches mit dem Silber auff dem Seyger-Ofen von dem Kupffer wieder abgeſeygert / und nachdem dieſes in dem Dörr-Ofen völlig purificiret/und auff dem Gaar-Herd zu Gar-Kupffer gemacht iſt/muß das Bley auff dem Abtreib-Herd ſich ſcheiden/ und in demſelben ſetzen/ mit Zurücklaſſung deß Blickes: welcher auff einem kleinen Herd zu feinem Silber geſetzet / auff 15. Loth 3. Grad getrieben wird. Ita & metalla liquefacta ſulphuris interventu ſeparantur; his enim ad fluorem usque reſolutis, ſi ſulphuris flores ita aſſocientur, ut conflagrare poſſint, ex metalli libr. 1. & ſulphuris unc. 1. invenies regulum duplici metallo, ſuperiori minus, inferiori vero magis gravi præ-

gnantem, ſulphureo denſo interjecto, ferme ut alias Ol. duos liquores variè coloratos, quo minus confundantur, intercedit. Calces metallorum à ſeceſſu ☿ amalgamati, & deſtillatione vel præcipitatione 🜅 & 🜆 ſeparati, vel in teſta & catillo per ſaturnum, vel in tigillo, per ſal urinoſum, ad corpus metallicum facile reducuntur.

§. III.

Quomodo nunc particulæ argenteæ, cupreæ ſimilesve ☉ &c. & ſolares viceverſa argentum & cuprum ingrediantur, exponendum reſtat: Quod ut plurimum ab iisdem ex propinqua minera conſimili avulſis & ad aliam propulſis, deducendum, ubi ſub cruſta aliena penitus ſeſe abſcondunt; cujus rationem in plurimis diſſertationis hujus locis pro virili explicavi, quod ſi vero quis autoritate eruditorum conſentientium delectetur, hunc remitto ad *Clariſs. Stenonem*, qui *tract. de ſolid. intra ſolidum contento* elegantiſſime de præſenti phœnomeno ratiocinatur. In ipſis quoque ☉is ☽æ ve mineris haud infrequenter talis transmutatio celebratur, deficiente enim debita ad horum utrumlibet ætheris interni & externi circulatione, venereæ

v. g.

v. g. ♂les ſimilesque, ☉res & ☽res atomos circumſepiunt: ſub alius igitur metalli ſpecie iſtæ eruuntur, quæ tamen in furno colliquativo ad contactum analogi confluunt, & in regulum proprium concentrantur. Hæc transmutatio in reliquis etiam mineris eundem obſervat rhythmum: Si enim metallici partus indoles textura contigua potiꝰ delectetur, ratio in promptu eſt, quare moleculæ metallicæ à ſe invicem adeo abludentes nunc aurei nunc argentei quippiam ſimul fundere queant. Hinc obſervamꝰ in ☉le, ♀re, ☿rio, Bismuto, ♄no, ♃ve, ☽nam in ♂te & cupro ☉lem ♀re perfectiorem ſuſpicemur, quoniam ut plurimum tantum ☽nam alit ♀us, imo nequidem ſemper: quid quod aurum cuprum ſæpe largiatur, ergo ♀ inteſtina erit perfectio ☉lis, vel bismutum ☽næ, numquid manum perfectionem chirothecæ, paleam ambræ vel lapidis Bezoar, nucleum avellanæ, corticis, impunem appellabis: Sed quod materia prima ſit indifferens ad quascunque formas ſuſcipiendas, ſecundum con- & occurrentium, aut aliorum adjunctorum eſſentialium conditionem, de qua §. 23. evolvere poteris. Dicis: Differunt metallica corpora tantum gradu,

du, ergo & perfectione? reſpondeo vel gradum accipis localiter vel eſſentialiter: Si prius ☉ non erit perfectior ♂te quam Petrus in ſupremo ſcalæ radio Johanne inferiore. Si poſterius, nego abſolute: non enim eſſentiæ rerum ejusdem vel diverſæ ſpeciei, gradu differre dicuntur, ſed ſecundum conſequens differunt, ſecundum antecedens vero eſſentialiter conveniunt: una enim eſſentia non agnoſcit gradus; quod mecum omnes aſſeverant Philoſophi. Ergò perfectio citra relationem à fine ſpecifico erit petenda, alias ☉lem ♂te imperfectiorem facilime Dialecticus diſputator evincere poſſet.

CAPUT IV.
De
METALLORUM APPLICATIONE.

§. I.

NOn ſufficit, Medicum rerum indagaſſe naturas, niſi idem, ſui officii memor, ad ſalutarem mortalium uſum has applicare ſimul ſuſtineat. In Theoria igitur

gitur ingenioſus, in praxi verò promptiſſimus audiat neceſſe eſt. Ex triplici autem medicamentorum regno auxiliatrices conducat copias, quibus efferas morborum acies validiſſime profligare poſſit. Vocantur regna iſta, animale, vegetabile, & minerale, quorum ultimum & metallicum qudem practice mihi excutiendum reſtat. Neutiquam autem ſilentii ſipario tegere fas erit, me non niſi unum principium morborum ab intrinſeco oborientium agnoſcere, dico unum, & quidem nunc mediate nunc immediate, vel, quod idem, remotè & propinque affligens. Hoc principium mihi eſt acidum: ideo quia & ſalſum muriaticum, & urinoſum volatile, & alcalicum, ex ipſius demum acceſſu vario combinantur. Certè talia in microcosmo reflectere ad eadem in Macrocosmo extra dubitationis aleam poſitum eſt, præprimis cum ⊖l. Marinum, culinarium, ⦶ſum, ✱cum &c. abunde acidum nativum, per operandi modos, furnosque Chymicos prodant; Quid quod alcalica fixa, creta, v. g. & ♋rum ocul. liquorem ſatis acidum largiantur. Evadit inde certiſſimum, proportiones diverſas acidi & alcali producere prædictas ſalium differentium

tium figuras: ne tamen mireris aſſertum hoc, quoniam arithmeticis etiam notiſſimum eſt, 4. numeros vel literas 24. vicibus & ultra ſic permutari poſſe, ut ſemper alius ordo enaſcatur. Duplici autem ratione acidum agit, jam enim præſens, jam abſens peregrinorum inſultuum autor exſiſtit. Hinc polycacochymia, polycholia, polymelancholia, polyhydria, & quæ ſunt affectiones reliquæ ortum derivant, de quibus jam nihil in ſpecie, quoniam contra inſtitutum, in genere ſaltem iſtas & quidem quatenus metallico indigent ſubſidio, deguſtare lubet.

§. II.

Quomodo igitur certò conducat morbo metallum certum, per ſpecies dilucidius erit exponendum, ne vero exſpectes ſpecificorum ſomnia, quæ dudum fugavit medicina rationalis: Sed generoſa pro ſcopo expoſcente remedia. Equidem univerſales & ego agnoſco medicamentorum diſcrepantias, atque ſic purgantia, diaphoretica, diuretica, & alia forſan pauca: præter hæc, qui ex claſſe ſpecifica ſpecialiora inſuper eligere ſatagunt, ii citra neceſſitatem nimis mihi videntur delicati. Ratio, quod in morbo complicato occul-

tis

tis cuniculis caſtrum vitale adoriente ſæpius noceant quam proſint. Nam in morbi ſpecie hærere & exercitatiſſimo haud inſolenter contingit, quod ſi nunc in delectu ſpecifici fallatur, ſicut falletur certiſſime; numquid ægrotantis ſaluti ſic ſatis conſultum erit? taceo hucusque latere ſpecificos rerum agendi modos, quos ſolis traditionibus & qualitatibus putatitiis dimetiri hactenus conſueverunt ſpecificorum patroni. Exacte autem calleant tales virtutes intrinſecas neceſſe eſt, ſin minus Empiricorum notas ægerrimè effugient. Pono caſum: ſit aliquis vulneratus v. g. in natibus, (ſit honor latinis auribus,) & labiis, quænam adhibebis vulneraria utrisque locis ſpecifica? Ego ſane longiſſime criticam hanc abeſſe jubeo, eò magis circa iſtud objectum, quod citius nares quam oculos de ſua præſentia certiores reddit: id quod horum gratia, qui particularia in ſpecificis, à con- vel diſconvenientibus particulis aucupari delectantur, adjiciendum fuit.

§. III.

Rex Macrocoſmi ſubterranei aurum, egregia virtute & conſervandi & reſtituendi nativum robur pollet. Si ergo regiam

giam vitalitatis microcosmi adoriatur ſæva morborum colluvies, laceſſetque Machinæ noſtræ Gigantes, vitales, animales, & naturales ſpiritus, adeo ut oculi caligent, aures obturentur, nares occludantur, lingua obmuteſcat, tactus hebeſcat, & fracti poplites molem corpoream ulterius ſuſtinere recuſent, ſolaribus cito ſuccurrendum, & quidem pro impetu cauſæ nunc Bezoardico ſolari, nunc auro potabili, nunc fulminante, nunc Tinctura ☉is, quæ medicamenta omne nocivum dictum factum averruncabunt. Sic apoplexiam, paralyſin, lypothymiam, Epilepſiam, Tremorem, Arthritidem, &c. feliciſſimo eventu debellabis. Hæc autem medicamenta cum non ubique aſſerventur, ignobilioribus dimicare præſtat, quam ingenti æris jactura, imponentium fraudes demum execrare. Quantus non increbuit rumor de illo *Antonii Londinenſis* ☉ potabili, cui & ipſe *Hartmann.* *Crolliusque* ſubſcripſerunt, ſed plura promiſit, quam in effectu demonſtrare poterat: Sic nec Tinctura ☉ mediante ſaccharo & ſpir. vini, vel roſarum, extracta, ſemper & quidem ſub doſi nimis acciſa, langventes evidenter juvat: Hoc tamen ceu ſingulare in iſta

lipſi-

ipſienſium obſervandum, quod nec ab
acido nec à dulci turbetur multo minus
præcipitetur, quam etiam fretus experi-
entia maximopere commendo usque dum
Elias Artiſta magis genuinam labeſcenti
ævo detexerit. Interim ſolutiones cum
acidis, jam cum alcalicis, in variis corpo-
rum infirmitatibus quæ acidum aut alcali-
cum ferre poſſunt, nec omnino ſunt reji-
ciendæ, quamvis hoc in caſu multi men-
ſtruis plus effectum aſſcribere geſtiant. Si
vero vino Rhenano generoſiore ☉m tu-
um potabile reddere calleas, habebis pro-
fecto experimentum ad prolongandam &
conſervandam ſanitatem, D. V. certiſſi-
mum.

§. IV.

Protheus Mineralium argentum vivum
in mille ſe formas fingens ac refingens,
apud quamplurimos condignis caret lau-
dibus; Sic *Helmont. ☿ium non eſſe boni vi-
ri remedium, quamdiu reviviſcat, affirmat*:
Ideo ☿ium vulgarem utcunque in forma
pulveris albi, citrini, rubei, olei, aquæ,
reſinæ, multifariam larvetur, nunquam
tamen adhibendum eſſe Chymici Excel-
lentiores cenſent, niſi absque ullo ſalium
externorum ſodalitio figatur, fiatque pla-

R ne

ne diaphoreticus. Acidum ergo volatile cauſticum funeſtas data occaſione excitans tragædias, ligandum, & ſulphur internum extravertendum erit. Hac ratione *Clariſs. Thomſon*, ☿ium diaphoret: parare conatur, quem in lue venerea Elephantiaſi & Catharrhis felici ſucceſſu exhibuit, cujus operationem delineabo: ℞ 🜍 opt. unc. iiij. liquefiat ſenſim in vaſe vitreato, cui immiſce ☿ii bene purgati unc. ij, maſſam probè commiſtam refrigeratam ſubtiliſſimè pulveriſa, adde ⊖is ✱ci pulveriſati, unc. j. immitte omnia ſimul in phiolam arenæ impoſitam: adhibe per tres horas ignem moderatum, quem poſtea per horas 6. auge. Materiam refrigeratam exime, partemque ſublimatam tamdiu junge remanenti in fundo usque dum omnis maſſa in pulv. rub. convertatur. Quicquid tamen ſit, nec præparationes receptæ ſuo carebunt uſu, ſi modo circumſpecto judicio applicentur: Sic ſaburram corporis pituitoſam, bilioſam, ex remotiſſimis ejusdem oris, jam per ſeceſſum, ☿ius dulcis. jam per vomitum, ☿ius vitæ expurgant; qui poſterior ſola trituratione vi emetica etiam ſpoliatur: Externe vero in ulceribus verminoſis mundiſi-

dificandis, ſcabie exſiccanda, præcipitatus communis, & vivus omnem abſolvunt paginam, quid quod hujus decoctum; lumbricos & aſcarides, unguentum vero pediculos enecet. v. g. ℞ ☿ viv. vel Turbith mineral. Dr. j. unguent. De Creuſs. pomat. ana unc. j. ol. lign. Rhod. Ser. ß M. D. in ſubſtantia cortici avellanæ incluſus, inter utramque mammillam pendens, lac certiſſime auget, idque à faſcino amisſum reſtituit. In paſſione demum Iliaca ad ℔ ß. devoratum, pertinaciſſimas alvi obſtructiones perfregiſſe experientia multiplici ſtat firmiſſimum: Hoc tamen notandum, ut particulæ ☿ii reſtitantes, Clysmate ex vino puro poſtea eluantur. Huc etiam referri meretur Bezoard. minerale, divinum in ardentibus malignis &c. remedium.

§. V.

Invictus acidi domitor plumbum, copioſis alcalinis terreis particulis celebre, in acrimonia bilioſa acida & auſtera, egregium infirmis ſuppeditat levamen: Sic Saccharum, Magiſterium & oleum, ſpirituum exorbitantias refrænant, inflammationes, calores, dolores mitigant: hinc febrib⁹ ardentibus, Eryſipelate, phthi-

ſi, pleuritide, Hæmorrhagiis, Diarrhæis, vulneribus, ulceribus &c. tam internè quam externè opitulatur. Ita ſacchar. ♄ cum ſpir. Therebinth. ſolut. adjectoque Camphoræ modico digeſtum, in rubicundum convertitur Balſamum, qui nunquam in Gonorrhæa curanda me fefellit. Ceruſſa ab aceti favore, minium ab acido flammæ, lithargyrium ab acido mineralium impuro ex ♄, conflatur, externe tantum in Emplaſtris & unguentis applicantur.

§. VI.

Electrum minerale immaturum bismutum, iis, quibus dives cupri vena faciem nobilitat, efflorescentiæ flavæ cuticulam pingunt, vel rugæ complicatæ ſulcant, ſuppeditat magiſterium & oleum, quorum utrumlibet cum ▽ flor. roſar. fabar. & Ol. ♀ri digeſtum virgunculas formæ indulgentes magis commendabiles reddit. Hoc electrum virtute miranda auri animam evocandi præditum eſt, non quidem per modos, quos *Schröderus* corraſit, ſed Enchiriſi longe diverſiſſima, quæ egenos Chymiatros, quousque vero potiantur univerſali, largiſſime ſuſtentat.

§. VII.

§. VII.

Mortalium delitiæ argentum, & corporis & crumenæ ægritudines Magnetiſmo mirando ſanat; ex hujus defectu ſæpiſſimè ſe totus homo ægerrime habet, hinc Melaucholiæ, Maniæ, Phrenitides, Anxietates, vertigines, Epilepſiæ, Convulſiones ſimilesve frequentiſſime in necem humanam tela acuunt: Quod ſi eveniat, vel à dicta vel alia cauſa, lunaria morboſo inſultui opponere cum euphoria juvabit: Eligas ergò ex præparatorum claſſe, quod maxime accommodatum videbis, & ſic Bezoard. Lunare, ☽a potab. Tinctura & Cryſtalli ejusdem optato fine nunquam te fruſtrabunt. *In Epilepſia à terrore excitata eſt egregium Bezoardicum, Helleboro nigro aſſociatum, cujus ſubſidio nuperrimè puellam, Divina juvante gratiâ ſecundâ doſi liberavi:* Quod eo fine adjicere placuit, ut illi, qubus bonus lucri odor ex notiſſimis arcana compilare ſuadet, demum reſipiſcant, & mecum ſordida ejusmodi monopolia abominentur.

§. VIII.

Fæmineæ fragilitatis ſolatium validiſſimum jupiter, generoſa mulierculis & virginibus delicatulis è ſinu remedia fundit:

Quod ſi enim ab oculorum, aurium manuumve illicus, œſtro venereo maſſa ſanguinea exagitetur, ab œſtuantium ſpirituum impetuoſo appulſu concutiantur parietes uterini, hinc furore, caduco ſtrangulatione torqueatur paſſionum procellis plus juſto obediens ſexus, deſideratus jupiter adſit, & quidem ſi licet, unus, verus, bonus, ſecundum iſtud: Mulieri ægrotanti ſemper aliquid dandum: ſin minus alia ratione, uſurpatis ſimul Bezoardico joviali, antihectico poterii, Cryſtallis & ſimilibus, affectum demulcere incumbet. Nec minus efficax ſtannum exſiſtit in paſſione hyſterica, ſuffocatione hypochondriaca, febribus ardentibus & malignis, ut & ſexus utriusque affectibus medii ventris, quos longa ſerie recenſere jam ſuperſedeo.

§. IX.

Suaviſſimum metallorum cuprum, in primum Ens recluſum, opes admirandas veris philoſophis pandit, ad quas veſana incantatricis veneficia, dirus hydrops, amentiæ efferatæ, & truculenta omnium morborum phalanx expalleſcunt, ſed cum ſulphur ♀ dulciſſimum huc usque inter ſecretiora Philoſophi collocaverint, ferrum

rum magis polychreſtum inaugurali noſtræ coronidem imponat. Quod, quemadmodum in purpura vitali depuranda, obſtructionibus extremè renitentibus reſerandis, viſceribus debilitatis confortandis, atque ideo in ſcorbuto, Ventriculi Atonia, dolore flatulento, lienis, Hepatis, Pancreatis, Meſenterii ſcirrho febribus intermittentibus, menſium obſtructione, fluore albo &c. nunquam ſatis deprædicandas exerit vires, ita varie in laboratorio Chymico exenteratum, jam tincturam cum ſucco pomorum aperientem adſtringentem. crocum aperitivum, vel adſtrictiv. vitriolum, Bezoardic. ♂. liquor. ♂. antiſcorbut. ferrum ſolubile, limatur præparat, & innumera alia ad uſus ægrotantium communicat. Vis ♂ vero aperiens & adſtringens à materiæ in corpore habitantis diſpoſitione maxima ex parte deducenda erit: Si enim ferrum acido nondum ſaturatum ab eodem ſcorbutico arrodatur, & in texturam vitriolicam coagulatum ab alcalico ſalino in colcothar nigricantis coloris præcipitetur, expulſio excrementorum pariter nigricantium præſto eſt: Extra tale acidum optimum etiam

cro-

crocum aperitivum adſtringere deprehendes: & quoniam temporis & chartæ anguſtia calamum inhibet, hæc impræſentiarum expoſuiſſe ſufficiat.

FINIS.

ERRATA.

Pag.	Lin.	Pro	Lege
In Titulo	8	Quæ	——
——	12	ſunt	——
——	11	poſt verbum adornata, lege,	Quorum Pars Ima xv. Caſus exhibet.
In Titulo Dedicationis	9	Metropolitanorum	Metropolitanarum
——	21	de	ab
In Dedicatione	14	lucubrandorum	nuncupandorum
——	8	Solē	Solem
——	19	eſt	eſſet
In Præmonendis	19	ementito	emendicato
Pag. 1	4	D	CL.
2	1	accedant	accedunt
3	21	.	,
——	22	modi	modos
——	27	mali	malum
[illegible]	1	poſt verbum perſuadeant; lege	perinde
——	2	ſyncopeizans	ſyncopizans
——	27	illi	Ilei
	27	aſcendentium	aſcendentem
[illegible]	5	ſucculos	ſurculos
——	6	propera	preſſura,
——	24	poſt verbum poteſt, lege	non
[illegible]	1	retracti	retroacti
——	11	qua	ideò
o	21	penis	paris
1	12	volatiori	volatiliori

Pag.	Lin.	Pro	Lege
11	16	defundendas	diffundendas
12	3	his	hic
—	5	duadeno	duodeno
—	16	aeris	æris
—	11	lixiora	lixivia
—	19	radens	rodens
13	20	propellandum	propellendum]
17	15	Nervoſum	Nervorum',
—	28	potentes	potenter.
19	8	Tamarindorum	Tamar Indorum
—	24	Hunc	Hùc
21	16	potentioſiſſimè	potentiſſimè.
22	3	exaltare	exultare
—	12	hac	hoc
34	9	30	℥v.
—	20	noct. per	per noct.
—	—	poſt verb. per,	lege, in
—	22	fortito	fortiter
—	23	5	6
—	27	ʒß.	℥ß.
27	11	♁	⊕♁
—	23	zv.	Quercet.
—	24	ana	——
—	28	Puro	Pulv.
28	10	Longl.	Langelor.
—	23	Pulv.	Pulp.
29	18	ſcribri formæ	Cribriforme
30	15	Maj.	Majoran.
—	17	manibusq;	naribusque
31	20	quavivis	quamvis
—	21	aliunde	abundè
33	10	cort.	coct.
—	14	fonticulam	fonticulum
—	26	ſita	ſitu

Pag.	Lin.	Pro	Lege
4	11	Braſſicas	Braſſica
—	12	conditaneas	conditanea
5	13	inuntare	inundare
6	21	cinara	cinaras
37	19	geſcentium	gerantium
38	23	& mori	emori
39	4	Einen	Ein
40	3	poſt verb. ſelbſt	und
—	23	morbifera	mortifera
44	13	entblägten	entblößten
49	17	transmiſſa	omiſſa
—	18	cum	Cum
—	27	ſage	ſaget
55	7	emaciori	emaciari
56	23	ſcæna	ſcena
58	17	infringientia	infringentia
59	6	aceribus	ulceribus
60	24	quo	què
61	14	habilis	habitis
68	12	ein	zwey
69	4	camph.	camphoratæ
70	3	purgantur	uſurpentur
--	4	ʒj.	℥j.
67	22	ſolida	ſolidarum
77	15	&	ex
78	15	ʒiix.	℥iix.
79	21	dum	dudum
80	12	Dingelſtädt	Dingelſtädtin
—	15	Sturm	Sturmen
81	8	groſſe	groſſen
83	10	poſt verb. ſolche	in
—	17	abortum	abortu
85	19	extremorum	extremarum
86	16	ponte	ſpontè
—	21	wollen	wolle
87	11	patiantur	patiuntur
—	15	Embrio	Embryo

Pag.	Lin.	Pro	Lege
87	15	ubi nec	ibi nec
—	22	poſt verb. dergleichen / lege	die
91	13	n.cht	nicht
—	23	è	à
100	21	er	es
101	8	eriſypelacio	eriſypelaceo
105	21	der	die
107	3	dubios	dubiens
—	20	laborum	labiorum
109	1	gleichmals	gleichfalls
111	22	poſt verb. probabiliter, lege,	non
119	14	△æ	▽æ
120	2	△æ	▽æ
---	4	△as	▽as
125	23	matrix	motrix
132	24	ad	ob
135	3	✠v.	✱ci.
---	14	♉	♉
138	12	Feig.	frigid.
154	21	gallepſ.	galeopſ.
158	14	catuſi	caduci
168	2	affectu	affectui
—	5	flatu	ſtatu
175	20	gravitivis	gravativis
—	23	continuè	continuò
176	21	expetit	expedit
—	75	altera	ulcera
177	16	aſcitem	aſciten
—	17	poſt verb. tractare, lege,	ægrotantes
178	4	conſolitandi	conſolidandi
—	13	aſcitis	aſcitæ
—	15	poſt verb. commendo, lege,	quâ
—	27	com̃unicatis	com̃unicatas

Pag.	Lin.	Pro	Lege
180	8	✢ci	⊖l✱ci
---	10	ʒo. tr.	30. Tropffen
—	11	iſchurio	iſchuria
184	6	& hac	quæ
—	10	hauriendos	haurienda
186	1	poſt verb. annituntur, lege, haud	
—	21	immenum	immenſum
—	27	Tieffe	Teuffe
187	6	ſemineum	ſeminium
188	9	Keſſel	Keſſeln
189	1	△m	▽m
---	3	⊕laceam	⊕laceam
190	7	6	16
—	11	è	eſt
—	12	ex	
—	27	allegandi	alleganti
191	4	hoc	hos
—	13	mixturam	mixtorum
—	16	cines	cineres
192	27	finidi	fluidi
193	4	levitas	lævitas
—	5	ſuccum	ſiccum
—	11	atomas	atomos
195	4	elembico	alembico
197	18	☿rii	☿rio
—	20	☿rius	☿rii
—	26	ſic	ſit
198	18	poſt verb. Merc. lege coctione mercuriales dictæ, clariſſime pariter oſtendunt non enim amittit pondus priſtinum Mercurius &c.	
199	19	faciendi	facienti
—	—	aut	

Pag.	Lin.	Pro	Lege
199	19	avtopſia	avtopſiam
—	22	ingravitantur	ingravidantur.
—	24	furoſias	fuſorias
199	25	circumvallentes	circumvallantes
200	1	virorum	virorem
205	5	P. Renatus	Penotus
212	8	ſollicitus	ſollicitos
213	27	noxu	nexu
213	28	poſt verb. derivare, ad &c.	
215	12	viruit	irruit
216	20	exitare	evitare
—	22	ſuæ	ſivè
217	28	padoxon	paradoxon
218	1	⊖li	⊕li
222	28	&	ea
—	—	arbitros	arbitrari
226	16	poſt verb. pulveriſat, lege, per &c.	
227	9	denue	tenue
—	—	denſum	denſum,
—	3	alterior	altior
234	17	eſſe	eſſet
—	12	diſpiciuntur	disjiciuntur
236	3	expaſcant	expoſcant
243	17	piſtallo	piſtillo
—	10	☽à	☽â
245	15	totius	cum toto
—	9	modum	modô
246	18	☉em	☉em:
—	12	proportione	prò Portione
247	12	inæquali	in æquali
248	19	ſat	Saturnus
—	22	turrifaciente	torrefaciente
249	6	poſt verb. octupla, lege, ad unam	

Pag.	Lin.	Pro	Lege
249	21	Grad	Gran
251	14	poſt verb. ☉lem, lege, & viceverſa : Non quidem ut ideò ☉lem &c.	
251	22	impunem	impunè
254	8	Polycacochymia	Polychymia
257	6	poſt verb. ſolutiones, lege, jam &c.	
259	6	De Creuſs,	de Ceruſs.
—	7	Ser.	Scrup.
—	18	poſt verb. malignis, lege, intermittentibus,	
262	2	illicus	illiciis
263	1	inaugurali noſtræ, lege, Conſiliario noſtro.	

(O)


IOHANN: ANDREAS Fiſcher MED: DOCT. P.P. ERFF: ET MED PROVINC. DUC. ISENAC. ÆTAT. SUÆ ANN. XXXIIX
Cic. 1 Offic.
Animi Prudentia Consi
lioq ſidentis opus est, non
committere aliquid ut aliquando
dicendum ſit: Non putaram ~